6
27-F
29

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

64.1.15.

68
G
18

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PREVVES DE L'HISTOIRE DE LA MAISON DE VERGY.

TIREES DES CHARTES DE DIVERSES Egliſes & Abbayes, des Arreſts du Parlement de Paris, & de pluſieurs autres Tiltres, Memoires, & Hiſtoriens.

AVEC LES FIGVRES DES PLVS ANCIENS Seaux & Armes, dont les Seigneurs de VERGY *ſeelloient leurs Lettres.*

PAR A. DV CHESNE Tourangeau, Geographe du Roy.

A PARIS,
Chez SEBASTIEN CRAMOISY, ruë S. Iaques, aux Cicognes.

M. D C. XXV.
AVEC PRIVILEGE DV ROY.

Digitized by Google

Digitized by Google

PREVVES DE L'HISTOIRE DE LA MAISON DE VERGY.

PREVVES DV LIVRE I.

Barthelemy de Chaſſeneu Aduocat du Roy au Bailliage d'Autun, & depuis Preſident au Parlement de Prouence, en la Preface de ſes Commentaires ſur la Couſtume de Bourgongne.

SED à quo tantam ruinam tanta ciuitas (videlicet Heduenſis) accepit? Si Plutarchum libro de Viris illuſtribus legas, Caium Iulium Cæſarem id egiſſe haud dubitabis. Nam cùm ſuperatis, ait, Heduis Aluerniſque, multi cum Vercingentorige Duce, qui caſtellum DV VERGIER *erexit, in Alexiam confugiſſent, eam obſidione circumſepſit.*

Guillaume Paradin au liure 11. de ſes Annales de Bourgongne, pag. 228.

VERGY eſt vne groſſe & ancienne Maiſon de Bourgongne, & de telle preeminence, qu'elle fut alliée à la Maiſon de Bourgongne és perſonnes de Odes tiers de ce nom fils du Duc Hugues, & Alix de Vergy.

Le meſme Paradin en ſon Liure de l'ancien Eſtat de Bourgongne, Chap. des illuſtres familles du pays.

ITAQVE *in hoc genere primas tenet antiquiſſima Regum Burgundionum familia.* Et peu apres, *Secundum Principes habita eſt clariſſima Cabilonenſium familia.* Puis en ſuite, *Eiuſdem notæ ſunt Nouocaſtrenſes,* VERGEYENSES, *Viennenſes, &c.*

Pierre de ſaint Iulien de la Maiſon de Balcurre, Doyen de Chalon, en ſes Meſlanges Hiſtoriques.

VERGY eſt vn chaſteau aſſis és montagnes par deſſus Nuythz,

à la partie du Soleil couchant, à la main gauche de ceux qui vont à Dijon. Ceſte place a eu dés long temps la reputation d'vne forteresse, à cauſe de la ſituation du lieu, planté ſur vn ſommet de montagne non commandée d'aucunes autres montagnes voiſines. Auec ceſte chaſteau n'a aduenuës que du coſté du portail, encores eſt-elle mal-ayſée. Sa forme eſt comme d'vne nauire, la proüe s'eſtendant ſur le Prioré de ſaint Viuent. L'opinion qu'on a eu de la force du lieu a eſté cauſe que premierement les Ducs de Bourgongne, puis les Roys de France y ont entretenu vn Capitaine, & des Mortepayes, pour conſeruer la place. L'epithete de ceux de VERGY eſt PREVX, qui ſignifie magnanime & vaillant. Et certes ce tiltre leur a eſté donné auec bonne raiſon: car leurs actions ont rendu teſmoignage de leur valeur. Ils ont iadis fait baſtir le chaſteau, cauſe de leur nom. Leurs Armes ſont de gueulle à trois quinte-fueilles d'or, & encores ſ'en voyent les marques antiques au chaſteau de Vergy.

Hugues Moyne de l'Abbaye de Vezelay en ſa Chronique Ms. parlant de la venuë du Pape Alexandre III. en France, l'an 1159.

INDICTVM *eſt colloquium apud Louigennam vicum citra Ararim fluuium in fines regni Franciæ inter Imperatorem & Regem. Et ſtatutum eſt vt Alexander catholicus, & Victor ſchiſmaticus colloquio adeſſent, & de ſua electione in conſpectu totius Eccleſiæ conferrent. Quod vt cognouit Alexander, miſit ad Ludouicum Regem Legatos, ſcilicet Bernardum Portuenſem Epiſcopum, & Iacinthum Diaconem ſuum, qui Regis iram lenirent, & familiare colloquium inirent. Conuenerunt ergo Alexander & Ludouicus apud Siluiniacum, qui eſt vicus Monachorum Cluniacenſium. Rex autem Ludouicus rogabat Alexandrum, vt ad conſtitutum veniret colloquium: aut ſi fortè præſentiam Imperatoris abhorreret, ſaltem ad partes illas accederet vſque ad* VERGIACVM *caſtrum, quod erat* INEXPVGNABILE. *Cui Alexander noluit adquieſcere, verens dolos Imperatoris.*

Charles de Flauigny ſieur de Iully en la vie de Louys le Debonnaire Empereur & Roy de France, parlant de la detention d'iceluy par ſes enfans.

LA principale nobleſſe de France impolluë de felonnie courut aux armes, & les deux freres puiſnez Pepin & Louys, gaignez par les ſeruiteurs de leur pere, ſous promeſſe d'appanage plus grand, ſe declarerent pour luy, & manderent leurs forces. Guillaume grand Eſcuyer de France, & l'illuſtre Comte Egard, mirent premiers aux champs. Berard de Chalon, & GVERIN DE VERGY, grands Seigneurs en Bourgongne, ſe ioignirent à eux en meſme temps, & tous enſemble forcerent Lothaire à la liberté de l'Empereur, remis à S. Denys en ſon premier Eſtat.

Digitized by Google

L'Autheur incertain de la Vie Latine de Louys le Debonnaire.

ET *quidem in Franciam Eggehardus Comes, & Vvilhelmus Comes ſtabuli, quos poterant ſibi in vnione voluntatis reſtituendi Imperatoris coadunabant, &c. Porrò Bernardus &* VVARINVS *in Burgundia conſiſtentem populum ſuaſionibus accendebant, promiſſionibus alliciebant, iuramentis aſtringebant, & in vnum velle fœderabant.* Et peu apres: *Porrò* VVARINVS *& Bernardus Comites pluribus ſociorum ex Burgundiæ partibus coactis, ad Matronam fluuium vſque peruenerunt, & ibi partim aſperitate & intemperie aëris retardati, partim pro colligendis ſociis ſuſpenſi, in villa Bonogilo & iis prædiis quæ circumiacent, aliquot diebus conſedêre. Inſtabat ſanè ſanctæ Quadrageſimæ tempus. Cuius hebdomada prima, feria quinta, miſſi ſunt ab illis Legati, Rebaldus Abbas, & Gautſelmus Comes, ad Lotharium filium Imperatoris, poſtulantes vt eis abſolutus cuſtodiæ vinculis Imperator redderetur.* Puis encore plus bas: *Qua tempeſtate* VVARINVS *Comes cum plurimis ſociis caſtrum* CABILLONVM *vtcumque muniuit, vt ſi aliquid ab aduerſarum partium ſtudioſis moliretur noui, ſibi ſuiſque foret receptaculo ac munitioni. Quod cùm Lothario compertum foret, improuiſus illuc aduenire diſpoſuit, &c.*

Nithard petit fils de Charlemagne au Liure II. des Diſſenſions des enfans de Louys le Debonnaire.

INTEREA *Karolus Aurelianenſem vrbem veniens Teotbaldum &* VVARINVM *cum quibuſdam è Burgundia ad ſe venientes gratanter ac benignè excepit.* Et au Liure IIII. *Karolus verò in Aquitaniam Pippinum fugauit: quo latitante, nihil aliud notabile efficere valuit, præter quòd* VVARINVM *quendam Ducem, cæteroſque qui ſibi fidi videbantur, ob cuſtodiam eiuſdem patriæ inibi reliquit.*

L'Autheur de la Vie de S. Gengoul, au Liure II. Chap. XI.

POST *cuius extrema (ſcil. Ludouici Pij) tres filij eius pro regno Aquitaniæ, quo frater eorum Pippinus regnauerat, inuicem diſidentes, bello decertare contendunt. quod & factum eſt apud Fontanetum Burgundiæ locum. Lotharius maior natu, & Auguſtali dignitate ſuperior, cum exercitu Italiæ aduerſus fratres Ludouicum & Carolum qui Caluus cognominatus eſt, & ipſi aduerſus eum cum Francis & Aquitanis. Et Lotharius quidem primo impetu victor extitit, ſed mox reſumptis viribus ab* VVARINO *Duce Tholoſano & Aquitanis fugatus eſt.*

Chronique ancienne eſcrite à la main, dont l'original eſt en la Bibliotheque de Monſieur de Roiſſy.

ANNO DCCCXLI. *Hlotharius Imperator cum Karolo & Ludouico fratribus certamen apud Fontanetum init, & per* VVARINVM

Prouinciæ Ducem ſuperatus fugam capeßit, Francorum ſtrage innumera peracta.

Charles le Chauue Roy de France & Empereur, en ſon premier Capitulaire.

CAPITVLA *quæ acta ſunt anno* IV. *regni domni Karoli glorioſi Regis, domni Hludouuici Imperatoris filij, in Conuentu habito in villa quæ dicitur Colonia, quæ etiam ſubſcriptione eiuſdem Principis & Epiſcoporum, ac ceterorum fidelium Dei confirmata fuêre, conſenſu* VVARINI, *& aliorum Optimatum, Indictione* VI.

Pierre de S. Iulien en ſon Traité des Antiquitez de Maſcon.

I'AY trouué par Lettres patentes du Roy Charles le Chauue, que VVARIN, que nous tenons pour premier Comte de Maſcon, eſt nommé Marquis. Ce qui m'a ſemblé ſi rare, que pour en conſeruer la memoire, i'ay bien voulu inſerer icy les propres mots d'icelles Lettres: *Notum eſſe volumus omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, & noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter veniens olim Raginardus vaſſallus ſcilicet cariſimi quondam Marchionis noſtri* VVARINI *innotuit ſerenitati noſtræ, quamuis mendaciter, quòd quædam Cellula in pago Lugdunenſi ſita, quæ vocatur S. Imitterius, ex noſtræ proprietatis fiſco iure attineret, &c.*

Le meſme Autheur au Diſcours des Antiquitez de Chalon.

AVSSI tous ſont d'accord qu'en ce temps-là VVARIN, ou GVERIN eſtoit Comte de Chalon, &c. Il ſe trouue par les Tiltres de l'Egliſe Cathedrale du lieu, qu'il eſtoit auſſi Comte de Maſcon; & que luy & EVE ſa femme (aucuns la nomment Albane) furent fondateurs de Cluny, &c.

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Cluny.

Donatio Hildebaldi Epiſcopi Matiſconenſis à Vvarino & Aua uxore ſua de villa Cluniaco.

IN *nomine ſancti Domini Dei & Saluatoris noſtri* IESV *Chriſti,* LVDOVICVS *diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Si enim ea quæ fideles Imperij noſtri pro eorum opportunitatibus inter ſe commutauerint, noſtris confirmantes Edictis, Imperialem exercemus conſuetudinem, & hoc in poſtmodum iure firmiſsimum manſurum eſſe volumus. Idcirco nouerit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, quia vir venerabilis* HILDVINVS *Abbas, & ſacri Palatij ſummus Capellanus, innotuit ſerenitati noſtræ, eò quòd* HILDEBALDVS *Mateſcenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & vir illuſter* VVARINVS *Comes, de quibuſdam rebus pro communi vtilitate & compendio nuper-*

Digitized by Google

rimè inter ſe commutationem feciſſent. Dedit igitur prædictus Hildebaldus Epiſcopus ex ratione Epiſcopatus ſui eidem Vvarino Comiti, & vxori ſuæ ALBANÆ, ad eorum proprium perpetualiter ad habendum in eodem pago Mateſcenſe villam, cuius vocabulum eſt CLVNIACVS, cum Eccleſia in eadem villa, & cum caſis, domibus, ædificiis, vineis, campis, pratis, ſiluis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, exitibus, & regreſſibus, cum mancipiis ibidem commanentibus, cum omni agnatione eorum, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum quicquid ad ipſam villam aſpicere videtur. Necnon & in pago Niuernenſe villam, cuius vocabulum eſt Aprannacus, cum Eccleſia ibidem conſtructa, cum manſis, domibus, ædificiis, vineis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, ſiluis, exitibus, & regreſſibus, & cum mancipiis ibidem commanentibus, vel cum omni agnatione eorum, omnia & ex omnibus, quantumcumque ad ipſam villam adſpicere videtur. Et contrà in compenſatione huius rei dedit memoratus VVARINVS Comes, & vxor ſua ALBA, de rebus proprietatis eorum, eidem Hildebaldo Epiſcopo ad partem Eccleſiæ ſuæ in eodem pago Mateſcenſe villam, cui vocabulum eſt Genuliacus, cum Eccleſia ibidem conſtructa, cum manſis, domibus, caſis, ædificiis, vineis, campis, pratis, ſiluis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, farinariis, exitibus, & regreſſibus, & mancipiis ibidem commanentibus, cum omni agnatione eorum, omnia & ex omnibus, quantum ad ipſam villam aſpicere videtur, & eorum poſſeſſio eſſe dinoſcitur. Et in pago Niuernenſi villam, cuius vocabulum eſt Calda-aqua, cum caſis, domibus, ædificiis, manſis, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumve decurſibus, exitibus, & regreſſibus, & cum mancipiis ibidem commanentibus, cum omni agnatione eorum, omnia & ex omnibus, quantumcumque ibidem eorum proprium eſſe videtur. Necnon & in Ducatu Aluernico in pago Donobrinſe villam, cuius vocabulum eſt Lituinias, cum caſis, domibus, ædificiis, manſis, vineis, campis, pratis, ſiluis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, & cum mancipiis ibidem commorantibus, cum agnatione eorum, omnia & ex omnibus, quantumcumque eorum proprium eſſe dinoſcitur. Vnde & duas commutationes pari tenore conſcriptas, manibuſque bonorum hominum roboratas, præ manibus habere profeſſus eſt: ſed pro integra firmitate petiit Celſitudini noſtræ vt ipſas commutationes denuò per noſtrum manſuetudinis Præceptum pleniùs in Dei nomine confirmare deberemus. Quorum petitioni denegare noluimus, ſed ſicut vnicuique fidelium noſtrorum iuſtè petentium, ita nos illis conceſſiſſe, atque in omnibus confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes ergo iubemus, vt quicquid pars iuſtè & rationabiliter alteri contulit parti, deinceps per hanc noſtram auctoritatem iure firmiſſimo teneat atque poſſideat, vel quicquid exindè facere vel iudicare voluerit, libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi quicquid elegerit. Et vt hæc auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora meliùs conſeruetur, de annulo noſtro ſubtus iuſſimus ſigillari.

Digitized by Google

Durandus Diaconus ad vicem Fridegisi recognouit.

Data III. *Nonas Iunias, anno Christo propicio* XII. *Imperij domni* LVDOVICI *piissimi Augusti, Indictione* III.

Actum Aquisgrani Palatio regio in Dei nomine feliciter, Amen.

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Flauigny au diocese d'Autun.

Præceptum de Flauiniaco Monasterio, vt sub tuitione Regiâ quietè illius loci habitatores permaneant.

IN *nomine sanctæ & individuæ Trinitatis.* KAROLVS *gratiâ Dei Rex. Cùm petitionibus seruorum Dei iustis & rationabilibus diuini cultus amore fauemus, superna gratiâ muniri non dubitamus. Notum sit igitur omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, & nostris præsentibus atque futuris, quia* VVARINVS *inlustèr Comes, necnon & Rector Monasterij Flauiniaci, quod est situm in pago Alsinse, constructum in honore Domini & Saluatoris nostri* IESV *Christi, & S. Petri Principis Apostolorum, vel S. Preiecti, detulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis domni & genitoris nostri* HLVDOVICI *serenissimi Augusti, in qua continebatur insertum qualiter de more parentum suorum idem Monasterium ob amorem Dei omnipotentis, & tranquillitatem fratrum inibi consistentium sub plenissima tuitione & immunitatis defensione suscepisset. Profirmitatis tamen gratia postulauit prædictus* VVARINVS *Comes, & Monachi eiusdem Monasterij, vt paterno more eundem Monasterium cum Congregatione ibidem Deo famulante, ac cum omnibus rebus ad prædictum Monasterium iustè pertinentibus, sub nostra reciperemus defensione, & immunitatis tuitione. Cuius petitionem propter diuinum amorem & prædictorum Monachorum quietem libenter suscepimus, & sub plenissima defensione ipsam Congregationem cum omnibus rebus eidem Monasterio iustè & rationabiliter aspicientibus retinemus. Ita videlicet vt sub nostra defensione liceat eos quietè viuere, & sicut in præcepto domni & genitoris nostri continetur, nullus Episcopus territorij illius, aut successores eius, vel aliquis ex ministris illorum ibidem aliquod præsumat exercere dominium, neque de rebus eiusdem Monasterij aliquid auferre, aut in vsus eorum mittere, aut quippiam minuere, aut abstrahere præsumat. Et nullus Iudex publicus, nec quilibet exactor iudiciariæ potestatis, vel vllus ex fidelibus nostris in Ecclesias, aut loca vel agros, seu reliquas possessiones memorati Monasterij, quas moderno tempore in quibuslibet pagis & territoriis infra ditionem regni nostri iustè & rationabiliter possidet, vel quæ deinceps in iure ipsius sancti loci voluerit diuina pietas augeri, ad causas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines eiusdem Monasterij tam ingenuos quàm & seruos super terram ipsius commanentes distringendos, nec vllas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas, nostris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quæ suprà memorata sunt penitus exigere præsumat. Sed liceat*

memorato

Digitized by Google

memorato Abbati ſuiſque ſucceſſoribus res prædicti Monaſterij ſub immunitatis noſtræ defenſione quieto ordine poſsidere. Et quicquid exinde iuſ fiſci exigere poterat in integrum eidem conceſsimus Monaſterio, ſcilicet vt perpetuo tempore ad peragendum Monachis in eodem Monaſterio Deo famulantibus augmentum & ſupplementum fiat. Simul etiam detulerunt ſerenitati noſtræ auctoritatem domni & genitoris noſtri, in qua erat inſertum, qualiter idem piiſsimus Auguſtus conceſsiſſet eidem Monaſterio omne teloneum de negociatoribus eorum, vel de homimibus eorum, qui per ipſam Caſam Dei ſperare videntur, vel de hoc quod homines ad eorum dorſa deferunt. Et vt in villis eorum, ſeu ſuper terris vel cinctus eorum infra vel foris aduenerint, & negociatum fuerit, omne teloneum per eandem auctoritatem eidem conceſsiſſet Monaſterio. Quod pariter petierunt nos denuò noſtra auctoritate confirmare. Quorum petitionibus libenter adquieuimus, & per hanc noſtram auctoritatem præcipimus atque iubemus, vt nemo teloneum, nec in ciuitatibus, nec in mercatis, aut vicis, ſeu villis, vel portibus, aut portis, ipſi Monachi vel negotiatores eorum, aut homines eorum, qui per ipſam Caſam Dei ſperare videntur, nec portaticum, nec rotaticum, nec barganiaticum, nec puluueraticum, nec mutaticum, nec ripaticum, nec ſalutaticum, nec laudaticum, nec tranaticum, nec de hoc quod homines ad eorum dorſa portant, exigere aut exactare præſumat. Et quicquid in villis ſeu ſuper terris vel cinctus eorum, vel in mercatum, qui ſuper terram ipſius Monaſterij conſtitutus eſt, & infra, aut foris aduenerit, & negociatum fuerit, eidem Monaſterio conceſsimus, & ita ab omnibus conſeruetur, quemadmodum à domno & genitore noſtro, & à nobis conceſſum eſt. Et vt hoc auctoritatis Præceptum ab omnibus fidelibus noſtris veriùs certiuſque credatur, eam propria manu ſubter firmauimus, & anuli noſtri impreſsione ſignari iuſsimus.

Data die VII. *Kal. Iul. anno Chriſto propitio* X. *regnante domno noſtro* KAROLO *Indictione* XII. *Actum Oſenimilla in Dei nomine feliciter, Amen.*

Du meſme Chartulaire de l'Abbaye de Flauigny.

QVIA *ſicut ait Iſaïas Propheta, omnis caro fœnum, & omnis eius gloria velut flos fœni decidit, verbum autem Domini permanet in æternum, commodum fore animæ meæ ego in Dei nomine Seraphin arbitrans, ſi rerum mearum aliquam portiunculam fidelibus ac electis eius qui illas mihi contulit, conditoris vtique cœli & terræ conferrem. Omnibus in Chriſto baptizatis notum eſſe cupio, donaſſe me atque in perpetuum contuliſſe S. Petro & S. Preiecto Flauiniacenſis Cœnobij, vbi venerabilis vir* SARVLFVS *Decanus vice* VVARINI *Comitis cum norma Monachorum honorificè militat omnipotenti Deo, manſum videlicet vnum cum indominicata Caſa, & vinea in pago Tornotrinſe, in villa Cachiuiaco, cuius vineæ terminationes conſiderantur duorum laterum è terra communali, & frons ſu-*

Digitized by Google

perior terra Ebbonis, ſubterior verò ſtrada conſideratur publica, pertica-rum in longum habens cubitus XX XII. *in tranſ.....*"

Extrait d'vne brieue Hiſtoire des Abbez de Flauigny, qui finit enuiron l'an 1090.

MARIANVS *ſucceſit anno* DCCCXLV. *Indict.* VIII. *& Vvlfaldo ſedem reliquit. Quo migrante* VVARINVS *Comes dono Imperatoris Karoli præfuit vice Abbatis, & ſub eo Sarulfus Decanus. Et poſt eum Goſferus Abba ſucceſit. Quo defuncto Hugo ſucceſit* XVI. *anno Karoli.*

François de Belleforeſt au Liure III. de ſes Annales de France, Chap. LXI.

ET afin qu'il ne ſemblaſt point que pour l'eſgard du Roy le Duc de Bourgongne affligeaſt le Seigneur de VERGY, il miſt en auant que la place de Vergy eſtoit des anciennes dependances de ſon domaine, à cauſe que LES SEIGNEVRS DE VERGY ſont yſſus de L'ESTOC DE BOVRGONGNE, &c.

Loys Gollut Aduocat au Parlement de Dole, au Liure II. de ſes Memoires Hiſtoriques de la Republique Sequanoiſe, Chap. XXXVIII.

EN l'an DCCCCXXIV. Manaſſes qui fonda ſaint Viuant en Amour, proche de Dole, & qui eſt enterré à ſaint Viuant ſous Vergy, eſtoit Comte de Bourgongne, Seigneur dudit Vergy, & Comte d'Auſtun : duquel ie tiens que L'ILLVSTRE MAISON DE VERGY eſt venuë, & que GILBERT Duc de Bourgongne eſtoit ſon aiſné frere.

Le meſme Gollut au Liure VII. Chap. II. parlant de Hugues de Chalon Comte de Bourgongne.

LE Comte Hugues n'eſtoit petit ny d'obſcure alliance. Car, en delaiſſant le coſté paternel aſſez cognu par ce que nous auons eſcrit des Maiſons de Vienne & de Chalon, nous trouuerons que de la part de ſa mere il n'eſtoit de moindre lieu : d'autant que le Comte Hugues eſtoit par ſa mere fils d'vne fille de la Maiſon tres-illuſtre DES PREVX DE VERGY, la nobleſſe deſquels eſt tres-ancienne, & venuë des Princes de Bourgongne, tant du Duché comme du Comté. Et combien que la place de Vergy, de laquelle cette Maiſon a ſon nom, ſoit aſſiſe en la Duché, toutesfois auant qu'elle fuſt baſtie, & que le mot de VERGY fuſt introduit, les Peres de cette Maiſon eſtoient Comtes de Bourgongne, comme le nous monſtrent les Hiſtoires des Comtes MANASSES, REGNAVD, VVALLON, & autres qui furent Comtes de noſtre Bourgongne, & Comtes d'Auſtun, ainſi que nous auons veu cy-deuant. Ils fonderent le Prieuré de S. Viuent en Amour prés de Dole, & le Prieuré de S. Vi-

Digitized by Google

uent ſoubs VERGY auec la ville meſme, & ce enuiron l'an 924. auquel ces Seigneurs eſtoient Comtes de Bourgongne. Puis en l'an 950. GISLEBERT fils aiſné dudit Manaſſes, qui ſe fit tant puiſſant qu'il fut Duc de Bourgongne, non ſeulement par le ſien propre, mais encore par celuy de ſa femme, qui eſtoit fille de Hugues de Bourgongne ſurnommé le Noir, ou le Teſtu, frere de Raoul, qui ſe fit Roy de France.

Iean Iaques Chifflet Patrice, Gouuerneur & premier Medecin de la Cité de Bezançon, en la II. Partie de ſon Hiſtoire dudit Bezançon, parlant de l'Archeueſque Guillaume de Vergy.

FVIT *iſte ex illuſtriſſima & antiquiſſima* VERGEYORVM *gente, è qua* MANASSES *ille Comes Burgundiæ, cuius meminit Vignerius in Chronico Burgundionum anno 924. fundator Monaſterij Vergiacenſis, cui à ſancto Viuentio nomen.*

L'Autheur de l'Hiſtoire des Seigneurs d'Amboiſe eſcrite il y a prés de cinq cens ans, parlant du mariage d'Agnes de Donzy deſcenduë en ligne maſculine de la Maiſon de VERGY.

QVÆ *mulier (ſcilicet* AGNES *filia* HERVEI DE DANZEIO*) de* PALLADIORVM *ſtirpe deſcendit, &* LINEA REGII SANGVINIS *excellentiam nobilitatémque generis in oculis hominum manifeſtè commendauit.*

---

1. THEODORIC COMTE D'AVTVN, & de Chalon, Seigneur de VERGY.

Extrait de la II. Partie du III. Tome des Conciles generaux.

EPISTOLA CXXXVII. B. IOANNIS PAPÆ VIII.

Vt fœdus cum Boſone ictum ſeruent.

HVGONI, THEODORICO, ET BERNARDO *illuſtriſsimis regni Francorum. Fretus veſtra ingenuiſſima nobilitate, atque obedientia, quam propter Deum nobis condignè debetis, & dilectiſsimum filium noſtrum* BOSONEM, *veſtrum vnanimem fratrem & amiciſsimum, vt inſolubile vinculum caritatis, fœduſque amicitiæ, quod coram Deo viciſsim conligaſtis, moneo, hortor, nulla hominum malè loquentium linguâ, nullo cuiuſlibet fraudis ingenio, vel in modico quoquomodo poſsit auelli: ſed, Domino auxiliante, dilecti filij noſtri* HLVDOVICI *Regis animum erga eum immobilem & tranquillum ſemper ſeruetis, & omnia ſua ſalua atque pacifica conſeruate: quoniam pro his ab omnipotente Deo, & beato Petro Apoſtolo futuræ vitæ mercedem, & à nobis & ab illo fideliſsimas amicitiarum recipietis ſine dubio retributiones. Data* III. *Kal. Septembris, Indictione* XI. *Trecis.* 878.

Digitized by Google

Ordre des Seigneurs qui ſe trouuerent à Pauie l'an DCCCLXXVII. apres le Couronnement Imperial de Charles le Chauue Roy de France.

SIGNVM BOSONIS *inclyti Ducis, & ſacri Palatij Archiminiſtri, atque Imperialis Miſſi.*
Signum RICHARDI *Comitis.*
Signum Vvalfridi Comitis.
Signum Liutfridi Comitis.
Signum Alberici Comitis, &c.

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Monſtierramey.

879. EGO BOSO *Dei gratia id quod ſum, necnon & dilecta coniux mea* HIRMINGARDIS *proles Imperialis, &c. In pago Laticenſe manſum indominicatum in villa quæ Lentinus vocatur, cum omnibus ibi aſpicientibus, &c. Ego in Dei nomine* BOSO *hanc Cartam donationis ſubſcripſi & firmare rogaui.* HIRMINGARDIS *proles Imperialis conſenſi. S.* RICHARDI *Comitis, &c. Ego Stephanus Archicancellarius iubente inclyto & illuſtri viro domno Boſone, ſiue coniuge eius domna Hirmingarde, hanc Cartam ſcripſi & ſubſcripſi. Datum* VIII. *Kal. Auguſti anno incarnationis Domini noſtri* IESV *Chriſti* DCCCLXXVIIII. *anno* I. *poſt obitum* HLVDOVICI *glorioſiſſimi Regis, in Dei nomine feliciter, Amen.*

Flodoard au Liure III. de ſon Hiſtoire de l'Egliſe de Rheims Chap. XXVI. faiſant mention des Epiſtres que l'Archeueſque Hincmar eſcriuit à quelques illuſtres Seigneurs de ſon temps.

THEVDERICO *illuſtri Comiti, mittens ei nomina ſuorum in expeditionem Regiſque ſeruitium properantium. Item pro muneribus argenti, quod Regi moranti ad Dei ſeruitium in terra per paganos deſerta mittebat. Item pro ſollicitudine, quam tempore Ludouici Regis nuper defuncti ſuſceperat idem* THEODERICVS *de filiis ipſius Regis, ne moleſtè acciperet ſi eum commoneret causâ dilectionis, vigilem eſſe debere apud filios eiuſdem Regis. Oſtendens quia non ſolùm grandis præſumptio, ſed etiam magnum periculum eſt vni ſoli regni generalem diſpoſitionem tractare; ſine conſultu & conſenſu plurimorum, &c.*

Aimoin au Liure V. de ſon Hiſtoire de France, Chap. XXVII.

ANNO DCCCLXXVIII. LVDOVICVS *Rex inuitatus à* BOSONE *ad domum illius perrexit cum quibuſdam primoribus Conſiliariis ſuis, & pactus ac honoratus ab illo, ſed & ab vxore ipſius, deſponſauit filiam Boſonis* CARLOMANNO *filio ſuo: & cum conſilio ipſorum Conſiliariorum ſuorum diſpertitus eſt honores Bernardi Gothiæ Marchionis per* THEODORICVM *Camerarium, & Bernardum Comitem Aruernicum, & per alios ſecretè diſpoſitos.*

Digitized by Google

Le meſme Autheur, Chap. XXXIX.

LVDOVICVS *Caroli filius per Ardennam veniens* DCCCLXXIX. 879.
anno incarnationis Dominicæ in Longlaro Natiuitatem Domini celebrauit, aliquandiu in Ardenna demorans, indéque iter agens, circa Purificationem ſanctæ Mariæ ad Pontigonem venit. Et volens ire AVGVSTIDVNVM, *ad comprimendam rebellionem Bernardi Marchionis, vſque ad Trecas perrexit. Sed quia ingraueſcente infirmitate ſua (dicebatur enim veneno infectus) longiùs ire non potuit, filium cognominem ſibi Ludouicum baiulationi Bernardi Comitis Aruernici ſpecialiter committens, Hugonem Abbatem, & Boſonem, & præfatum Bernardum cum filio ſuo, ſed &* THEODORICVM *cum ſociis ſuis Auguſtidunum miſit: quatenus ipſum Comitatum ad opus Theodorici, cui antea illud dederat, euindicarent.* Et peu apres, ayant recité la mort du Roy auenuë IIII. *Idus Aprilis in die Paraſceue: Inter Boſonem autem & Theodoricum, mediante Hugone Abbate, conuentum eſt vt* BOSO *Comitatum Auguſtidunenſem haberet, & Theodoricus Abbatias quas Boſo in iſtis partibus habebat in commutationem acciperet.*

Le meſme au Chap. XL.

ANNO DCCCLXXX. *Perrexerunt ſimul Carolus, Ludouicus &* 880.
Carlomannus ad obſidendum Viennam, in qua Boſo vxorem ſuam cum filia, & magnam partem de ſuis hominibus relinquens, fugam ad montana quædam arripuit. Et au Chap. XLI. *Anno* DCCCLXXXII. *Dum autem in eodem procinctu degeret menſe Septembrio nunciatum eſt illi certo nuncio, quia capta Vienna vxorem Boſonis & filiam eius* RICHARDVS *frater ipſius Boſonis ad Comitatum ſuum Auguſtidunenſem adductam habebat.*

Eſtienne de Cypre au Chap. III. de ſes Genealogies.

THEODORIC Duc de Bourgongne, & VI. Comte d'Authun, eut par ſa femme la Comté de Maſcon. Toutesfois ie ne trouue point le nom de ladite Comteſſe, mais elle eſtoit fille de VVARIN vnique, & heritiere en ſadite Comté.

Loys Gollut Aduocat au Parlement de Dole, au Liure II. de ſes Memoires Sequanoiſes, Chap. XXXVIII.

EN la Bourgongne qui eſt outre Saone, entre les Heduois, eſtoient quelques Princes ſoubs diuers tiltres. Car ceux des Heduois eſtoient quelquesfois appellez Comtes de Bourgongne, combien qu'ils ne poſſedaſſent la Franche-Comté, quelquesfois Comtes d'Authun, quelquesfois Comtes de Dijon, quelquesfois Marquis de Bourgongne, & finalement Ducs de Bourgongne. Et quelquesfois encor, dedans le meſme quartier des Heduois, en vn

Digitized by Google

meſme temps ſe ſont trouuez pluſieurs Seigneurs, qui ſe nommoient Comtes ou Ducs.

2. *MANASSES I. COMTE DE CHALON, Seigneur de VERGT, & VVALON Eueſque d'Autun ſon frere.*

Extrait de la Vie & Tranſlation de S. Viuent Confeſſeur, ſelon l'Antiphonier du Prieuré de noſtre Dame de Loſne, & le Legendaire Ms. des Celeſtins de Paris.

ANNO *quoque incarnationis Dominicæ* DCCCLXIII. *poſt Ludouicum ac ceteros præpotentes Reges regnante* CAROLO *iuniore, ſupra modum graſſatæ ſunt vndique prædictorum infeſtationes Paganorum; deficientibus tam Regum quàm ceterorum noſtrorum Principum ad repugnandum viribus. Ergo vulgali plebe paſſim gladio & fame pereunte, igne pariter concremabantur hominum res & ædificia quæque, præcipuéque Sanctorum loca, & Eccleſiæ vniuerſæ. Eorum verò miniſtri, id eſt Clerici & Monachi crudeliùs damnabantur, altaria funditus euerſa dehoneſtabantur, ſepulchra etiam Sanctorum abſque reuerentia violabantur. Siquidem hæc clades ſicuti primitùs, ita acerbiùs in Inſulis ſeu territoriis Occidentalibus, ac mari contiguis deſeuit. Tunc innumerabilia ſanctorum Confeſſorum ac Martyrum corpora à propriis mauſoleis per fidelium manus ſublata, & ad alias confugij gratiâ delata Prouincias. Eo namque in tempore venerandus Confeſſor & Chriſti Sacerdos* VIVENTIVS *in Pictauenſe territorio, Grauione ſcilicet caſtello veterrimo, quod ei deificæ Trinitatis in Orbe clariſſona tuba* HILARIVS *iubar Pontificum in vita condonans perpetuò ſtabiliuit, honorifico quieſcebat cultu. Cuius nempe oſſa diligenter ipſius Monachi colligentes ob timorem prædictæ cladis, cum maximo vtriuſque ſexus famulantium comitatu, aliorumque Sanctorum pignoribus ad Aruernenſem detulerunt vrbem. Erat autem tunc temporis Præſul ipſius vrbis* AGILMARVS, *vir nobilis ac Deo deuotus, ac cum ceteris huius rei per omnia executione laudabilis. Hic quippe ad inſtar magni Hilarij quicquid in dominio beati Viuentij erat dulci auiditate ſuſcipiens, ac ſi geminos fratres aut filios verbis & opibus conſolans, ſecumque eis parare condignè diuerſorium geſtiens, immorari attentiùs hortabatur. Qui venerabilis Pontifex ſæpius relegens conuerſionem ac actus S. Viuentij ſimplices ac penè incultos, atque inerti ſermone deſcriptos, deoſculanſque, dicebat: O beata ac benè docta priorum Sanctorum ruſticitas, quæ plus ſtuduit optima operari quàm loqui, & magis nouit ſancta honeſtáque eſſe quam dicere!*

INTEREA *erat eidem Præſuli in Burgundiæ partibus, in Comitatu Amanſo, poſſeſſio à proauis latifundiis propagata, diſtans ſex milibus ab Arari flumine, ita propriis innexa copiis, vt nil extra ſe indigeat quærere,*

Digitized by Google

ſolo videlicet opulentiſsimo, aquis, & ſiluis, pratis ac vineis abundantiſsima. In qua etiam ſtatuens Monaſterium cum clauſtris & Monachorum conuenientiſsimis habitaculis, nomini beati illud dedicauit VIVENTII. *Simulque vniuerſa, quæ poſsidere videbatur, tam in prædicto Comitatu, quàm in pleriſque aliis, cum plurimis auri argentique donariis prædicto contulit loco. Ibi deinde beatum Confeſſorem cum vniuerſo comitatu famulantium collocauit. In quo etiam loco per aliquod temporis interuallum honeſtiſsimè quieuit. Contigit etenim poſt aliquot annorum curricula, repullulante paganorum ſæuitiâ, atque inuadente* ASTINGO *Normannorum Principe cum ſuis* BVRGVNDIONVM *fines, vt prædicta B. Viuentij nuper data poſſeſsio cum tota penè Prouincia ab eiſdem Normannis depopulata incendio cremaretur. Præterea paulò poſt, reſpectu ſuperna miſericordiæ fortificati, viribus reſumptis, quidam Francorum ac Burgundionum Primores Duce* RICHARDO *præeunte, cùm iam terna cæde quod ſupererat iidem Normanni delere molirentur, irruerunt in eos, in pago Carnotenſe, tantáque ſtrage illos deleuerunt, vt vlteriùs in exterorum fines minimè raptim exire temptarent. Debinc extitit quidam militiæ ſtudiis ac ſeculi induſtriâ clarus,* VIR STRENVVS MANASSES, *prædicti ſcilicet Ducis* RICHARDI *amiciſsimus, atque poſt illum* IN TOTIVS BVRGVNDIÆ INDEPTVS DVCAMINE, *cuius etiam filius* GILLEBERTVS *eiuſdem Burgundiæ Dux poſtmodum fuit. Qui videlicet* MANASSES *poſt multa ſecularis vitæ negocia peracta, ſuorum memor quærens remedia peccaminum, cum conſilio ſuæ vxoris* HERMENGARDIS *nomine, fratriſque ſui* VVALONIS *Eduorum vrbis Pontificis, ceterorúmque nobilium amicorum ſuorum, cœpit ædificare Monaſterium in territorio Auguſtudunenſi tutiſsimo in loco montis* VERGIACI *caſtri. Ad quod etiam beati Viuentij oſſa cum multorum corporibus aliorum Sanctorum deportari fecit, ac Dei genitricis, ipſiuſque beati Viuentij nomini dedicatus nunc vſque locus iſdémque cognominatus habetur. Quem etiam tam iſdem* MANASSES, *quàm coniunx ipſius* HERMENGARDIS *nomine poſt eius obitum, diuerſorum vtenſilium cumulis ac poſſeſsionibus locupletiſsimum reddiderunt, ſicque ab omni ſeculari ſubiectione liberrimum vniuerſalis Papæ Romani prouidentiæ commiſerunt. Ibi ergo nunc vſque dignè veneratur beatus athleta Chriſti* VIVENTIVS, *ac frequens claret miraculis & virtutibus, cuius exceptionis memoria ſingulis annis* VII. *Idus Iunij in iam dicto loco* VERGIACENSI *feſtiuè ſemper recolenda, Eduenſis Pontificis aliorumque religioſa virorum deuotione eſt inſtituta ad laudem & gloriam Saluatoris noſtri, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.*

Extrait de la XII. Leçon de la Feſte de S. Viuent, ſelon qu'elle ſe chante au Monaſtere de S. Viuent ſous VERGY.

POSTQVAM *verò beatus* VIVENTIVS *diuina promiſsione dimi-*

nitus meruit ſublimari, viaticum Chriſti percipiens plenus dierum in ſenectute bona annorum CXX. *bonorum operum meritis fulgens, terræ corpus, cælo ſpiritum reddidit. Sepultus eſt in caſtello Grationo Pictauenſi territorio, vbi diu requieuit in pace vſque ad tempus Vvandalicæ perſecutionis. Quam videntes Monachi eiuſdem loci, valdè pertimeſcentes, ſanctiſſimum corpus Confeſſoris Chriſti ad hanc detulerunt prouinciam. Deinde poſt paucos annos Chriſto annuente per manus* MANASSÆ PRÆCLARISSIMI DVCIS, *iſtius Monaſterij fundatoris, huic loco deportatum eſt, & honorificè collocatum.*

Extrait d'vne brieue Hiſtoire des Comtes de Neuers eſcrite à la main.

TEMPORE *illo Rex Francorum moriens puerulum filium reliquit. Hunc Proceres Francorum communicato conſilio tradiderunt* RICHARDO *Iuſticiario in tutelam, committentes illi totius regni curam. At ille pro affectu puerum enutriuit, & regnum iuſtè diſpoſuit.*

Extrait de la Chronique Ms. de l'Abbaye de Beze, au Dioceſe de Langres.

AVDIENTES *hi qui hîc erant Monachi Normannorum aduentum, quidam timore pœnæ ac mortis ſe occultauerunt, quidam ad alia Monaſteria demigrauerunt. Nec mirum, quoniam qui hîc remanſerunt, gladio interfecti ſunt, ſacrificium Deo effecti anno ab incarnatione Domini*
888. DCCCLXXXVIII. *Verumtamen cùm nemo repertus ſit, qui eis poſſet vltra aut auderet reſiſtere, fuit iiſdem temporibus quidam Dux noſtrarum partium* RICHARDVS *nomine, qui à iuſtitiæ ſtudio dictus eſt & ipſe* IVSTIFICATOR. *Hic pro libertate patriæ, partim zelo ſuccenſus, plurimùm verò pro Eccleſiis Dei defendendis Dominum habens adiutorem, expugnare illos aggreſſus eſt. Et licèt vſque ad hanc Beſuam hoſtilis impetus procurrerit, & hîc rabies inſaniæ eorum adeò efferbuerit, vt & Monachos noſtros, vt prædiximus, gladiis interemerit, & omnia vaſtauerit; intantum vt & fontem ipſum de ſeſe gurgitem magni fluuij euomentem potatione quadrupedum innumerabilium per totum quatriduum exſiccauerit, ad* DIVIONEM *tamen eos aſpirare nec loci firmitas, nec Ducis nominatiſſimi permiſit metuenda bellicoſitas. Quinimò occurrens eis præfatus Dux Richardus in loco vocato Argentoilo, commiſſo eum eis prælio, cæſa eſt eorum quamplurima multitudo. Sicque Dani cum Normannis retrò redire ſunt coacti.* Et peu apres, ODONE *Rege defuncto,* ROTBERTVS *frater ipſius ſperans & cupiens eam regni partem, quam ipſe tenuerat, adipiſci, quæ & Carolo, qui totius regni erat dominus, non reddebatur, palam tyrannidem iniuſit. Et hoc poſt mortem* RICHARDI *Ducis, qui ab executione iuſtitiæ cognomen accepit. Ipſe namque quandiu vixit, Carolo Regi ſemper fidelis extitit.*

Extrait

Extrait d'vne brieue Hiſtoire ancienne des Abbez de Flauigny.

POST *hæc Adalgarius Epiſcopus Eduenſis à Karolo Simplice primo* 893.
anno regni eius ſub ditione Abbatiã requiſiuit & obtinuit. Et ab hoc à Papa Romam euocatus, in itinere obiit Trenorchij eodem anno, ſcilicet DCCCXCIII. *Et ſub eo Aquinus Præpoſitus fuit tempore pauco. Hic electus fuit & petitus Epiſcopus Eduenſis. Sed* RICHARDVS *Dux, & Ingelbertus,* VVALONEM *fratrem* MANASSERII *Comitis, qui* [redacted] *Richardi Ducis, ſucceſſorem iuſſerunt ordinari. Quem ordinauit Argrimus à Stephano Papa de Lingonenſi Epiſcopatu depoſitus, ſed à Formoſo reſtauratus in Lugdunenſi, cùm non haberet pallium nec reſtitutam dignitatem, qua poſſet Epiſcopum conſecrare, & cõtradiceret ordinationi ex parte Papæ Tetbaldus Lingonenſis Epiſcopus. Quamobrem Argrimũ Formoſus irrecuperabiliter depoſuit, &* VVALONEM *cum fautoribus, id eſt* RICHARDO, MANASSE, *& reliquis, pro inuaſione Eccleſiæ Flauiniacenſis excommunicauit. Vvalo tamen ſecularis Epiſcopatum diu ante conſecrationem obtinuit, & Abbas Flauiniacenſis factus à ſeipſo caſamenta in ſua manu retinuit, & ſub ſe Otbertum Præpoſitum conſtituit. Sic etiam caſamenta Eccleſiæ, dum ſibi vicißim ſuccedunt Abbates facti Pontifices Eduenſes, in ſua diuiſione obtinuerunt. Poſt Otbertum Prælatum Girfredus de morte Adalgarij culpatus, ſed iudicio Epiſcoporum purgatus, prælationem obtinuit. Cui ſucceſſit Raingus magnæ vtilitatis & honeſtatis. Obiit Idus Maij. Obiit etiam* VVALO *anno incarnationis Domini* DCCCCXIII. *Indict.* XV.

Extrait de la Chronique Ms. de Hugues Abbé de Flauigny.

Formoſus Papa VVALONEM *Eduenſem Epiſcopatum ſibi vendicãtem excommunicauit, quem ordinauerat Argrimus Lugdunenſis à Stephano Papa depoſitus, ſed à Formoſo reſtauratus, cùm non haberet pallium, nec reſtitutam ſibi dignitatem, qua poſſet Epiſcopum conſecrare, & contradiceret conſecrationi Teutboldus Epiſcopus ex parte Papæ. Excommunicatus eſt autem propter Eccleſiam S. Petri Flauiniacenſis, quam inuaſerat. Excommunicatus eſt & Richardus Dux, &* MANASSES, *& Ingelbertus, pro inuaſione Eccleſiarum, & maximè Eduenſium, vſque ad ſatisfactionem. Inuenitur hoc in litteris Aquini ante* VVALONEM *petiti & electi Eduenſis Epiſcopi.*

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de S. Pierre de Flauigny.

ANNO DCCCXCIIII. *Indictione* XII. *inuidiæ inſtinctu, malorum* 894.
hortatu, oborta eſt infamis fama FLAVINIACO *Monaſterio & caſtro publico, in quendam loci illius Leuitam & Monachum* GYRFREDVM *officio Prælationis functum, quòd piiſimũ Patrem & reuerendum Præſulem domnum* ADALGARIVM *Eduorum Epiſcopum letali extinxerit*

Digitized by Google

veneficio. *Huius criminis iniquissimum obiectum, Deo simul & hominibus horrendum, non modò ipsius Ecclesiæ, verumetiam totius Galliæ aures pulsauit, & infamisatis elogio notauit. Præfatus verò Leuita & Monachus super illatione tanti facinoris nimium exhorruit, vtpote qui tanta tamque prænalida ab ipso dulcissimo Patre perfenserat beneficia, vti omnibus satis abundéque claret. Super quo primitus consilium glorioſi Præſulis domni* GVALONIS *ipsius successoris expetiit, seque à tam nefandissimo scelere non minus cogitatu quàm facto, præsentiæ illius Deo teste & iudice omnium ac inspectore cordium immunem firmauit. Deniq[illegible]que præcelsus Pontifex, diuinorum nec non & humanorum scitus, filiorum Ecclesiæ consilio fultus, ouem sibi creditam perire noluit: sed insuper fomenta adhortationum & medicamina diuinorum eloquiorum piè & misericorditer adhibuit, vt si fortè diaboli pellatia quid simile cordi illius iniecerat, saltem suggestione Spiritus sancti, & infusione ipsius verbi Ecclesiastica institutione professus salubriter curari posset & ablui. Verùm iamdictus Leuita & Monachus in nullo penitus tanti flagitij conscius, iudicium sibi sancti Spiritus proposuit, & se ad quodcumque examen Ecclesiastico more censeretur, modis omnibus promptissimè deliberauit. Quocirca prænominatus Præsul tantum & tam inauditum facinus proprio cunctatus deliberare iudicio, ad sanctam & comprouincialem Synodum* AVRELIANI *nominandi Archiepiscopi, & ceterorum Coepiscoporum præsentiâ discutiendum & diffiniendum censuit. Quod & ipse, vt pote immunis, haudquaquam distulit. Proindè Deo propitio, præfixo Kalendarum Maiarum die conuenêre sacri Pontifices,* AVRELIANVS *Primas totius Galliæ, cum illustrissimis* GVALONE *Eduensi,* ARDRADO *Cabillonensi,* GERALDO *Matisconensi Coepiscopis simul & Legatis memorandi* TEVTBALDI *Lingonensis Episcopi, apud Cabillonensem vrbem in Ecclesia beati Præcursoris Christi Iohannis, quæ est in prospectu eiusdem vrbis, vbi institutasanctorum Patrum canonicè & regulariter promulgantes, & Ecclesiastica negocia diligentiùs pertractantes, infamiâ notatum crebrò dictum Monachum coram positum subtili indagine & multo examine discutere laborarunt. Quo isdem Monachus omni iudicio more Ecclesiastico, & humani iuris experimento instructus, nec huius infamiæ euidentem accusatorem, nec alicuius certitudinis proclamatorem reperire potuit. Quod tertiò sub testificatione sancti Spiritus clamari iubentes, & nihil prorsus verisimile reperientes, sanciuerunt communi consilio, vt quia nec conuictum, nec etiam confessum experiebãtur, tamen quia ventilatum & vsquam locorum erat diuulgatum, vt ab omni suspicione liberrimus redderetur, in viciniori Synodo, quam omni reuerentiâ dignus* GVALO *Antistes erga filios Ecclesiæ celebraret, corporis Christi & sanguinis illo examine, quod solum verius probatur & terribilius, immò salubrius creditur, à flagitio diuulgato publicè expiaretur: eo scilicet tenore eundem priùs testificantes, vt si in aliquo conscius tanti piaculi foret, nullo modo ad sacra sumenda accederet.*

Digitized by Google

Et ſi fortè temerariè præſumeret, cenſura ſancti Spiritus & auctoritate Apoſtolorum Principis ab ipſo viuifico redemptionis noſtræ precio extorris fieret, & cum Iuda Domini proditore damnatus æternis inremediabiliter ſuppliciis addiceretur. Sin verò immunem ſe eſſe per omnia pernoſceret, ſi-ſus miſericordiæ Dei, tanti muneris donum ad ſalutis ſuæ remedium ſalu-berrimè percipere non diffideret. Quod omnibus vſquaque ſatis fuit. Inde igitur Paſtor piiſſimus miſericordia motus, illius causâ apud Flauiniacum Cœnobium & caſtrum publicum ſanctam Synodum propriæ Eccleſiæ col-ligens, iuxta ſtatuta ſupradictorum Antiſtitum, Miſſarum ſollempniis de-ductis, omnibus in vnum qui adfuêre in primori Eccleſia S. Petri collectis, iam ſuprà fatum præmonuit virum, vt ſicut ſibi ipſi conſcientia dictaret, ad ſacra ſumenda, aut etiam refugienda quoquo vellet modo ſeipſum præfi-geret. Quique in nullo hæſitans, Deum ſibi, & ipſum quod percepturus erat redemptionis precium in teſtimonium & iudicium inuocans, fidiſſimè omnibus in proſpectu poſitis quæque ſuprà fuerant prefixa votis omnibus per-egit. Hoc igitur tanto donatus munere, ne vnquam vlteriùs tam æmulo-ſo ſauciaretur vulnere, hoc ſcriptum à præfato Seniore, & ſubternotatis ſuis coæuis petiit relegendum, & manibus corroborandum.

VALO *humilis ſanctæ Eduenſis Eccleſiæ Epiſcopus relegi & ſubſcripſi.*

ARDRADVS *humilis Cauillonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*

GERALDVS *Rector & humilis Epiſcopus ſanctæ Matiſconenſis Eccleſiæ ſubſcripſi.*

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Monſtierramey.

NOTITIA *qualiter venit Berthardus venerabilis Abba vna cum ſuo* 896.
Aduocato nomine Adreuerto ad Cortem-Onulfi, ante RICHARDVM *illuſtrem Comitem proclamauit ſe, quòd Ragenardus vaſallus eiuſdem Co-mitis homines ex villa Caduſcia per vim & violentiam diſtraxerit, & ſine lege & iudicio ad ſuum ſeruicium inclinauerit. Qua ratione diu diſcuſſa, iudicatum eſt eidem Raginaldo, vt quod iniuſtè vſurpauit per legem redde-ret, &c. Vt autem firmius & liberius habeatur, manibus noſtris & no-bilium virorum roborari ſtuduimus.*

Signum Richardi Comitis qui hanc notitiam fecit & firmare rogauit.
Signum Rodulfi filij eius.
Signum MANASSÆ *Comitis.*
Signum ELDVINI *Comitis & Conſpalatij.*
Signum Vvidonis Comitis.
Signum RAGENARDI *Comitis.*
Signum Vmberti Comitis.
Signum Deodati.
Signum Landrici.
Signum Baldrici.

Actum Corte-Onulfi iubente Richardo inclyto Comite XII. *Kalend.*

Digitized by Google

Ianuar. anno IIII. *regnante* KAROLO *Francorum Rege. Zacharias rogatus scripsi & subscripsi.*

Flodoard au Liu. IV. de son Histoire de l'Egliſe de Reims, Chap. III. rapportant le contenu d'vne Epiſtre que le Pape Formoſe eſcriuit à Foulques Archeueſque dudit Reims.

Subiungens actum se quod sibi Apostolicus idem Pontifex præceperat super transgressoribus & sacrorum violatoribus, Ricardo, MANASSE, *atque Rampone, mox vt Coepiscopos suos in vnum potuerit congregare. Id tantum Papa remandet, quoniam æterno illos anathematis vinculo innodauerat, si liceat eis ad pœnitentiam consuersis aliquid impendi misericordiæ, vel eos ad pœnitentiam suscipi, seu quis modus ipsius esse debeat pœnitentiæ. De Rampone verò asseuerat, quia in solum Teutboldum Episcopum reus existeret, nihil culpæ in Vvalterum Senonensem admiserat: ad quem comprehendendum nec præsens, nec adiutorium vel consensum ad id agendum præbuerat &c. Item verò Papa rescribens ei, laudibus attollit eundem, congratulans eius dilectioni atque sollicitudini quam gerebat erga Lambertum Imperatorem &c. Notificat quoque Ricardum,* MANASSEM, *atque Ramponem excommunicatos à se, atque perpetuo ligatos anathemate, pro eo quòd tam nefandissima perpetrauerint, vt Teutboldo Lingonensi Episcopo oculos eruerint, Vvalterium Senonensem propria depulsum sede custodiæ manciparint. Mandans vt secum de his sentiat, & conuocatis omnibus suffraganeis suis Episcopis, canonicum super his quod exercuerat iudicium pari modo determinet.*

Odoran Moyne de S. Pierre le Vif de Sens en ſa Chronique.

896. ANNO DCCCXCVI. *Richardus Princeps Burgundiæ recepit Senonas contra Vvalterium Archiepiscopum, & Vvarnerium Comitem.*

Extrait d'vne autre Chronique de la meſme Abbaye de S. Pierre de Sens.

Igitur Vvalterius Præsul ordinationis suæ anno IX. *Id. Iunij* VI. *captus est à Richardo Duce Burgundionum, & positus in custodia nouem mensibus, propter quasdam contentiones quas inter se habebant, viuente adhuc Odone Rege. Post nouem autem menses reuersus est Senones de custodia cum pace* VIII. *Kal. Martias, datis obsidibus Richardo Duci sub titulo sacramenti.*

Iaques Taueau en la vie de Vvauthier I. Archeueſque de Sens.

RICHARDVS *Burgundionum Dux* MANASSE *quodam* BVRGVNDIÆ COMITIS *filio & Rampone adiuuantibus, vt Flodoardi Remensis testimonio didicimus, vrbem Senonas obsedit, quam tandem* VI. *Idus Iunij anno Christi* DCCCXCVI.* *recepit, Garnerio tum Comite electo, Vvaltheriúmque Archiepiscopum captum in custodia per nouem*

* *Sic leg. nũ* DCCCCXVI. *vt in impress.*

menſes aſſeruauit. Ea res Formoſo Romano Pontifici maximè diſplicuit, Richardúmque, Manaſſem, Rãponem, & reliquos qui opem illis tulerant, quòd Epiſcopum, cuius dignitas ſacra & inuiolabilis apud omnes habebatur, capere, & in cuſtodia detinere auſi eſſent, anathemate damnauit: etſi Fulco Remenſis Archiepiſcopus hos excuſare litteris niteretur. Pontificiis diris coactus Richardus poſt nouem menſes è cuſtodia Vualtherum emiſit, ſacramento & obſidibus receptis. Ita ciuitatis Senonenſis dominio Richardus potitus eſt, quam ad mortem vſque obtinuit, & filio Rodulfo quaſi iure hereditario tranſmiſit.

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Flauigny.

SACROSANCTO *Monaſterio conſtructo in honore beati Petri Apoſtolorum Principis, & ſancti Prejecti Martyris, vbi venerabilis* 897.
VVALO *Epiſcopus & Abbas, atque* OTBERTVS *Præpoſitus, cum norma fratrum ibidem præeſſe videntur. Ego in Dei nomine* NORDVINVS *& vxor mea* ITISBVRGIS *ſimul cum filio meo* VVILINGO, *cogitauimus pro remedio animarum noſtrarum, & diuina retributione, vt aliquid de rebus noſtris ad jam dictum Monaſterium conferre deberemus, quod & fecimus. Dedimus itáque plena & integra voluntate Rectoribus præfati Monaſterij manſum cum ſuprapoſito in pago Alſinſe, in villa Reſteneſo, in fine Magniacenſe, totum ad integrum quicquid mihi legitimo iure de hereditate genitorum meorum prouenit. Inſuper quicquid per Præceptum* KAROLI *Regis adquiſiui, totum ad integrum donamus in vſus fratrum, quicquid ibi viſi ſumus poſsidere, videlicet manſum ſupraſcriptũ, cum terris, ædificiis, vineis, pratis, paſcuis, aquis aquarúmque decurſibus, exitibus & regreſſibus, mobilibus & immobilibus, quicquid ad ipſum manſum aſpicere videtur, cedimus, tradimus, atq; tranſfundimus. Donamus etiã mancipia his nominibus, Stephanus cum vxore ſua Raginelde, & filia ſua Palſinna. Arembaldus & vxor ſua Aymeldis, & filius eorum Arembertus, Archiniſa, & filios ſuos duos ſub eo cenſo vt maſculi denarios* IIII. *feminæ* II. *de capite annis ſingulis, ſimul & jornos duos, niſi reditus terræ teneant vt ipſum cenſum cadere debeat; ea tamen ratione vt nec in beneficium eos dare debeant, ſed tantùm in generales vſus fratrum habere & tenere debeant nullo contradicente. Donamus etiam crucem auream cum gẽmis, ſub ea obteſtatione, vt quicumque vel ipſam terram cum ſeruientibus, vel ipſam crucem alienare præſumpſerit, offenſionem Dei incurrat, & æterno anathemati ſubjaceat. Si quis verò, quod futurum non credo, ſi aut ipſe, aut aliquis de heredibus meis contra hanc donationem venire, aut calũniare præſumpſerit, non valeat euindicare quod repetit, ſed primò Deo & Angelis eius obnoxius habeatur, & demum præfato loco auri libram vnam coactus exſoluat. Et hæc traditio plena voluntate à nobis conceſſa omni tempore firma & ſtabilis maneat ſtipulatione ſubnixa.*

Actum Flauiniaco Monaſterio ſiue caſtro publico.

S. Norduini qui hanc traditionem fieri iussit. S. Itisburgis quæ concessit. S. Vvilengi qui concessit. Item Vvilingi. Vvicheranni. Rotfredi. Vulfrocci. Alberici. Riculfi. Deodati.

Ego in Dei nomine Gauzbertus ad vicem Rahingi Monachi scripsi & subscripsi. Data v. *Non. Iulij, Indict.* VI. *regnante* KAROLO *Rege anno regni* V.

IN *nomine Domini Dei æterni & Saluatoris nostri* IESV CHRISTI. VVALO *dispensante diuina miseratione humilis Eduensis Ecclesiæ Episcopus, & Abbas de Abbatia beati Petri Flauiniacensis Monasterij, omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, præsentium scilicet & futurorum....*"

Charte tirée des Archiues de l'Eglise de S. Nazare d'Autun.

900. IN *nomine sanctæ & individuæ Trinitatis,* KAROLVS *diuina propiciante clementia Rex. Si locus sacris & diuinis cultibus mancipatis, aut iniustè abstracta redintegrando, aut iustè collata regia liberalitate ampliando opem nostræ Celsitudinis accommodamus, hoc ad vtriusque vitæ felicitatem facilius obtinendam nobis profuturum non dubitamus. Quãobrem nouerit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium & nostrorum, præsentium scilicet & futurorum, generalis vnanimitas, quoniam adiens præsentiam nostræ serenitatis* RICHARDVS *Comes illustris & Marchio, adhibito secum* VVALONE *venerabili Eduensis Ecclesiæ Episcopo, retulit nobis qualiter antecessor ipsius Episcopi castrum, quod est situm in latere Eduæ ciuitatis, in quo mater Ecclesia in honore S. Nazarij habetur sacrata, per Præceptum regium adeptus fuerat, & presens Pontifex hactenus libero est potitus arbitrio: & ob hanc causam, quo liberius eum in restitutione illius ad custodiam suę Ecclesiæ inuigilare delectet, precatus est vt illud eidem suæque Ecclesię Præcepto nostrę auctoritatis largiendo cõfirmaremus. Adiens insuper, vt monetam eiusdem vrbis dudum ab eadem Ecclesia prauitate quorumdam indebitè alienatam, nostra innouatione ei redintegraremus. Cuius rationabilem petitionem perspicientes, ob amorem Dei & reuerentiam beati Nazarij, atque ad deprecationem prænominati Proceris, hoc nostrę confirmationis Præcepto iamdictum castrum cum omni sua integritate Ecclesiæ beati Nazarij, & iamdicto Presuli ac successoribus suis, absque vlla iudiciarię potestatis inquietudine nostris futurisque temporibus habendum, regendum, ac possidendum renouamus, delegamus, & confirmamus. Similiter & pro remedio domni & aui nostri animæ* KAROLI *piissimi Augusti, seu & genitoris nostri* HLVDOVICI *serenissimi Regis, necnon pro absolutione nostrorum peccaminum, & pro stabilitate regni nostri, monetam quam in præfata vrbe Comitalis potestas dominabatur, per consensum & deprecationem suprà memorati Comitis, sæpedicto Martyri & suæ Eccleſiæ*

Digitized by Google

reſtituendo reſtauramus, immò & largiendo confirmamus, & inuiolabiliter indulgemus: ea videlicet conditione vt præſens, futurique ipſius Eccleſiæ Epiſcopi, tam præfatam regendi caſtri confirmationem, quàm & ſubiectam noſtræ ceſionis largitionem, immò & regiæ munificentiæ innouationem, Eccleſiaſtico iure, nemine inquietante, poſſideant, & canonico in diſpenſando fruantur arbitrio. Pro integra quoque noſtræ tuitionis firmitate, noſtra deuotione eidem Eccleſiæ conferenda, omnia Præcepta à ſuprascripto auo noſtro diuæ recordationis Auguſto, & deinceps ſtabilita, hanc noſtri Decreti roborationem ſuperaddentes, confirmamus: & vt à nemine in præſenti aut in futuro cuiuſquam inquietari preſumantur temeritate, modis omnibus prohibemus. Vt autem huius noſtræ confirmationis, renouationis, & largitionis ceſſio tutiorem in Dei nomine obtineat firmitatis plenitudinem, manu propria eam firmantes anuli noſtri impreſſione ſubter iuſſimus inſigniri.

Signum KAROLI *gloriosiſſimi Regis.*

Herueus Notarius ad vicem Anskirici Epiſcopi recognouit.

Data pridie Kal. Iulij Indictione III. *anno* VIII. *regnante, & redintegrante* III. *Karolo gloriosiſſimo Rege.*

Actum apud Vermeriam in Dei nomine feliciter. Amen.

Extrait de la Chronique Ms. de l'Abbye de S. Benigne de Dijon.

HIC KAROLVS *Rex peteme Richardo Duce, &* MANASSE *Comite, fecit nobis Præceptum de Abbatia S. Iohannis, & cunctis ad eam pertinentibus.*

Extrait du Chartulaire de l'Egliſe de S. Eſtienne de Dijon, Partie I. Charte XXIII.

ANNO *Dominicæ Incarnationis* DCCCCXII. *Indictione* XV. 912. *menſe Octobri, cùm reſediſſet venerabilis & reuerendus ſanctæ Lingonenſis Eccleſiæ Epiſcopus* GVARNERIVS *ſucceſſor domni Argrimi in generali ſua Synodo in Diuione caſtello, & in Eccleſia S. Stephani congregata, coram Abbatibus, Archidiaconibus, Sacerdotibus, & totius Eccleſiaſtici Ordinis miniſtris, ac Canonicis matris Eccleſiæ Lingonenſis; inter cætera Eccleſiaſticæ rationis negocia, quæ ibi iuſto rationis moderamine propoſita, tractata, diſcuſſaque, & Canonicè diffinita ac ſtabilita ſunt, quidam Preſbyteri, Bertardus ſcilicet, Eraclius, & Ledeſius, ante eius preſentiam & totius Synodi venientes, humiliter conqueſti ſunt & reclamauerunt ſuper quodam compreſbytero ſuo Airardo, qui vltra canonicæ rectitudinis lineam digitum extendens, partes parochiarum illorum aliquandiu per pecunias indebitè obtinuerat, & veteres vicos antiquaſque Eccleſias propter nouas ſuas Capellas contra canonicam auctoritatem deſtruere molitus fuerat. Querelam igitur illorum prædictus Pontifex & omnis Synodus intentè audiens, aſſantem Preſbyterum*

Digitized by Google

prædictum Airardum Canonicè conuictum recredere fecit. Conſulente etiam & cohortante venerabili Comite domno MANASSE, *qui præſens erat, & omnibus vnanimiter concordantibus, ablatas iniuſtè parochiarum partes Presbyteris reclamantibus reddidit, atque ne amplius Eccleſiæ eorum pro tali cauſa diſpendium paterentur, huius decreti auctoritatem eis fieri iuſſit. quod propriis manibus roborans, ſuis Canonicis & ſacerdotibus firmandum tradidit.*

Charte tirée du Chartulaire de l'Egliſe de S. Nazare d'Autun.

918. ANNO *ſacratiſſimæ incarnationis Domini noſtri* IESV *Chriſti* DCCCCXVIII. *Indictione* VII. VVALO *ſuperna diſpenſante miſeratione humilis Eduorum Epiſcopus omnibus piè in Chriſto viuere cupientibus, & ad ſpem cœleſtis patriæ tendentibus. Notum fieri volumus quoniam cernentes Congregationem prefatæ ſanctæ matris Eccleſiæ ſtipendiis alimentorum neceſſariis nimia difficultate carere, pro quo nec paſtoralis exhortationis vigilantia, nec collaboratorum noſtrorum regularis correctio, variantibus vndique ſeculi perturbationibus, ad diuinorum obſequiorum ſtudia prouocare quorumdam fratrum ipſius loci intentionem valebat: Et ſollicitè perpendentes quia Paſtoris curæ eſt gregum ſibi cõmiſſorum inopiam prouidere, & ſine quibus ſubſiſtere nequeunt neceſſaria alimenta miniſtrare; dignum fore duximus, ne in huius corporis otio diuinę militiæ cultus ſuffocaretur, de rebus ipſius Eccleſiæ aliquod præbere ſubſidium. Proinde amore diuino tacti, & conſilio fidelium eiuſdem ſanctæ Eccleſiæ & noſtrorum roborati, adhibito etiam hortamento & auxilio domni* RICHARDI EXCELLENTISSIMI DVCIS, *cuius defenſione & protectione per Domini adminiſtrationem hæc ipſa conſiſtit Eccleſia, villam* TILIONACVM *ſitam in Comitatu Oſcarenſi ſupra fluuium Sagonnam, ad ſtipendia ſupradictæ Congregationis miniſtranda mancipauimus, cum omni ſua integritate, ſicut à beato Leodegario eiuſdem noſtræ Eccleſiæ quondam Pontifice ex proprio eidem fuit collata, & poſtmodum per Præcepta Regum reſtituta & confirmata, & inſuper Apoſtolico priuilegio roborata: quatinus ſublata omnis indigentiæ occaſione liberiùs & vigilantiùs grex ipſius Collegij Deo & ſancto Nazario militare valeat, & attentiùs pro remedio animarum domni* KAROLI *ſereniſſimi Auguſti, & coniugis illius* HIRMINTRVDIS, *ac totius prolis illorum; ſed & pro abſolutione domni* ODONIS *glorioſi Regis, & nobiliſſimi fratris illius domni* ROBERTI *illuſtris Marchionis, cum præcedente progenie, & ſubſequente poſteritate illorum, & omnium largitorum & reſtauratorum earumdem rerum ipſi Eccleſiæ Domini miſericordiam implorare ſtudeat: pro diuturna quoque tranquillitate & quiete domni* RICHARDI *piiſſimi Ducis, & nobiliſſimæ coniugis illius, ac clariſſimorum filiorum illorum, & omnium fidelium ſuorum; quatinus defuncti æternam mereantur omnium peccatorum indulgentiam & remiſſio-*

remiſsionem, & viuentes optabilem proſperitatem, & ſanitatem, & ad defenſionem ſanctæ Eccleſiæ & gentium ſibi commiſſarum ſub munimine diuinæ dexteræ laudabilem & acceptabilem Deo virtutem, atque pro impenſo labore dignæ mercedis remunerationem. Omnem igitur huius rei ſummam memorati Principis domni RICHARDI *defenſioni & protectioni, & per eum filiorum eius cooperationi in Dei nomine tuendam committimus, pro cuius amore, qui omnium benefactorum certiſſimus remunerator eſt, tantam impendere non grauentur eleemoſynam, quantam ab eo non poſſunt diffidere ſe percepturos cum plenitudine cæleſtium præmiorum gratiam. Quia ergo diuina pietas nos ad hoc perſcrutandum atque exhibendum prouocauit, noſtramque humilitatem ad ſuam voluntatem implendam & prædicandam excitauit, humiliter imploramus; vt ſupradictarum precum oblatione adiuti, eorumdem præmiorum participes fieri mereamur. Pro miſericordia autem, quæ ſe in tribulatione quærentibus nulli denegat, pro fratris noſtri* MANASSÆ *abſolutione ſimili prece obſecramus, vt qui illicita & periculoſa temeritate hanc ipſam villam malè vſurpauit, & ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ confugiens pœnitendo, per prænominatum Principem ſuo interuentu reſtitui fecit, vt beneficiis ſupradictarum orationum conſolari mereatur. Succeſſorum itaque noſtrorum reuerendam deprecamur paternitatem, vt huius noſtræ inſtitutionis teſtamentum ita inuiolabiliter obſeruent, & ſuis diebus obſeruari faciant, quemadmodum id quod piè agere decreuerint à ſuis ſucceſſoribus obſeruari optabunt: quò participes eiuſdem mercedis fieri mereantur, qua nos credimus Deo propitio pro talibus remunerari piæ deuotionis inſtitutis. Si qui fortè contrarij vel inuaſores extiterint huius noſtri decreti, & eum in aliquo violare, aut ſubtrahendo diminuere præſumpſerint, eos auctoritate tremendæ Trinitatis, & beati Petri poteſtate, & ſanctorum canonum diſcuſsione, & noſtro vel omnium Epiſcoporum miniſterio excommunicamus, anathematizamus, & à conuentu fidelium, ſeu à liminibus ſanctæ Eccleſiæ ſecernimus & ſequeſtramus vſque ad condignam emendationem & ſatisfactionem. Et niſi citò ab hac præſumptione reſipuerint, in ſortem Iudæ traditoris Chriſti imprecando ſociamus, atque cum Dathan & Abiron, quos viuos terra abſorbuit, & infernus excepit, damnamus, & in baratrum perditionis demergimus. Obſeruatores autem & defenſores huius piæ conſtitutionis omnium benedictionum plenitudo proſequatur. Et vt hoc noſtræ ceſſionis teſtamentum, & ſuperadnotata damnationis plaga in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, non ſolùm meis, ſed & ceterorum Epiſcoporum manibus firmari decreuimus, & tam memorati Principis ac filiorum eius, quamque fidelium illorum nominibus roborari poſtulauimus. Actum Auguſtiduno ciuitate feliciter in Domino, Amen.*

VVALO *ſanctæ Eduenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus hoc teſtamentum fieri iuſsit atque ſubſcripſit.*

Digitized by Google

Signum RODVLPHI *illuſtris Comitis, qui per iuſſionem prænominati patris ſui in conſpectu illius, ſua & eius vice firmauit, & manu propria ſubſcripſit.*

Ardradus Cauilonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit.

Durannus Prepoſitus ſubſcripſit.

Fulco Archidiaconus ſubſcripſit.

S. Vvarnerij, S. Ragenardi, S. Oduini, S. Berlanni, S. Arlegij, S. Bodonis, S. Abbonis, S. Elradi, S. Vualicardi, S. Eliranni, S. Vvithſonis, S. Vvalcandi, S. Landrici, S. Arnulfi, S. Berthuini, S. Adſonis, S. Rodulfi, S. Vvalterij, S. Gautberti, S. Letherij.

Louys Gollut au Liure IV. de ſes Memoires de la Franche-Comté, Chap. XX.

EN ces meſmes temps auſſi, & enuiron l'an DCCCCXXIV. MANASSES Comte de Bourgõgne auoit ſes enfans GILEBERT, & VVALON, qui firent guerre à RÉNAVD leur oncle pour la place de Mont S. Iean par luy occupée ſur eux. Ce Manaſſes eſt le fondateur des Prieurez de S. Viuent en Amour, proche de Dole, & de S. Viuẽt ſoubs VERGY, d'où il eſtoit Seigneur, & où il eſt enterré. Il eſtoit fort grand Seigneur, & tenoit oultre VERGY de tres-grandes Seigneuries au Duché, pour leſquelles ledit Gilebert ſe titula Duc de Bourgongne, & donna vne ſienne vnique fille à Otto frere de Hue Capet, qui ioignant ce qu'il tenoit audit Duché, que ceux de ſa maiſon auoient arraché de Hugues le Noir, ou le Teſtu, feit le Duché de Bourgongne plus puiſſant qu'il n'eſtoit. De ces Princes Comtes, & puis Ducs de Bourgongne, Seigneurs de VERGY, où ils ſont ſepulturez auec inſcription monſtrant ce que ie dis, ie tiens que la tres-illuſtre Maiſon des PREVX DE VERGY eſt deſcenduë. Car de pere en fils touſiours cette place leur eſt demeurée, iuſques à ce qu'elle ait eſté prinſe par le ſouuerain. Mais le Duché paſſa à la fille dudit Gilebert, pource qu'elle eſtoit vnique & heritiere.

Extrait des Memoires de M. I. Munier Conſeiller & Aduocat du Roy au Bailliage d'Autun, en la Vie de Giſlebert Duc de Bourgongne.

CE Comte MANASSES eſtoit le plus grand & puiſſant Seigneur du Duché de Bourgongne apres le Duc Richard, & auoit de plantureuſes poſſeſſions à l'entour de Dijon & de Beaulne, & encore en l'Auxois : comme il appert par les fondations qu'il a fait en diuerſes Egliſes, nommément à celle de S. Benigne, à laquelle il donna le village de Longuï, Argrimus eſtant Eueſque de Langres, & Lothier Abbé dudit lieu. Il fonda pareillement les Priorez de S. Viuant en Amour, terre de Franche-Comté proche de Dole, & S. Viuant ſoubs Vergy, où il eſt enterré. Cela me fait

Digitized by Google

croire qu'il eſtoit alors Seigneur de VERGY, & que de luy peut eſtre deſcenduë l'illuſtre & noble Maiſon des PREVX DE VERGY. Au reſte fort familier & inthime de Richard, qui ne faiſoit guiere exploits de guerre, ou autres affaires de conſequence, ſans ſon conſeil & aſſiſtance.

3. *VVALON COMTE, HERVE' SON frere Eueſque d'Autun, & autres, tous enfans de* MANASSES *I.*

Extrait de la Chronique de l'Abbaye de S. Benigne de Dijon.

EO tempore (ſcilicet Argrimi Lingonenſis Epiſcopi) dedit MANASSES *Comes S. Benigno manſum indominicatum in Longouico cum mancipiis vtriuſque ſexus deſuper commanentibus, & terris ad ipſum manſum pertinentibus, tam in ipſa fine quàm in aliis villis poſitis. Ea conditione vt in vita ſua retento ſibi fructu, ſingulis annis feſtiuitate S. Mauricij congruam refectionem exhiberet Monachis. Poſt mortem verò ipſius in eius anniuerſario die ſimiliter decens refectio de ipſo manſo exhiberetur fratribus. quod ſuperfuerit, eorum vtilitatibus profuturum. Huius doni laudatores & teſtes fuerunt* VVALO *filius eius, &* MANASSES *Comes iunior. Dedit & Richardus ſupramemoratus Dux ad Eccleſiam S. Anthonij in Ficiaco ſitam, quæ eſt iuris S. Benigni, manſum vnum in Roura, cum ſeruis & ancillis ſupermanentibus. Et hoc laudauerunt Adelia vxor eius, & Rodolfus filius ipſius; & Comites, Hugo, Boſo,* MANASSES, GISILEBERTVS.

Charte tirée du Chartulaire de l'Egliſe de S. Nazare d'Autun.

AVXILIANTE *in perpetuum Domino Deo & Saluatore noſtro* IESV *Chriſto,* HERIVEVS *eiuſdem miſeratione humilis Eduorum Epiſcopus, omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, præcipuè autem venerandis Epiſcopis, inſtantibus videlicet & ſuccedentibus, cognitum fore optamus,* 919.
quoniam cùm noſtram exiguitatem diuina pietas ad regendam ſuæ Eccleſiæ cathedram vocari & ſublimari permiſiſſet, in ipſo primo noſtræ ordinationis anno ad exhortationem dilectæ genitricis noſtræ dominæ HIRMINGARDIS *venerabilis Comitiſſæ, &* FRATRVM NOSTRORVM, *diligenter ſtuduimus inquirere, & ſollicitè perſcrutari, qualiter caput ipſius Eccleſiæ in conſtitutis Canonicorum ibidem Deo & S. Nazario militantium ſtipendiis diſpoſitum maneret, vel quibus prædeceſſorum noſtrorum ſubſidiis Congregatio ipſa ordinata conſiſteret. Sed, vt experti ſumus, obſiſtentibus ſemper ſeculi perturbationibus, & aduerſariis diuini cultus impedientibus, labor precedentium Pontificum in his certare cupientium in contrariam ſemper eſt impulſus dilationem: niſi tantùm quòd*

Digitized by Google

permanentibus perparuis villarum ſolatiis, domnus ADALGARIVS *ſanctæ recordationis Epiſcopus villam Beliniacum, & ſucceſſor illius domnus* VVALO *pius Præſul & noſter auunculus villam Tilionacum vſibus prædictæ Congregationis mancipauerunt, & ſcriptis ſuis confirmauerunt. Nos igitur aliarum Eccleſiarum Congregationes honorabiliter in canonicis ſumptibus ſubſiſtere cernentes, & ſacris ſuorum Pontificum incrementis decenter augmentari perſpicientes, à ſanctis Epiſcopis noſtris ſcilicet ordinatoribus moniti, & prædictorum affinium hortamentis roborati, quæ liberè ad præſens fieri poſſe reperimus, ſupradictę Congregationis vſibus dedicauimus. villam* RVILLIACVM *ſiquidem à memoratæ genitrice noſtra dudum pro quadam commutatione poſſeſſam, & noſtro interuentu in huiuſmodi obſequiis redditam, cum Eccleſia & omnibus adſe iuſtè pertinentibus. Eccleſiam etiam S. Iohannis ſitam in* COMITATV BELNENSI *noſtra liberalitate conceſsimus. In Comitatu quoque Auguſtudunenſi Eccleſiam S. Eptadi, ſitam in vlla quæ vocatur Mons-tolonus, olim indè ſubſtractam reddimus. Eccleſiam ſimiliter S. Leodegarij à jamdicto auunculo noſtro collatam, huic diſpoſitioni confirmauimus. Monetam verò, quam idem Pater à prælibata ſua Eccleſia olim ſubſtractam fuiſſe didicerat, & interuentu domni* RICHARDI *piiſſimi Ducis per regium Præceptum receperat, & huiuſmodi officiis vnà cum diſpoſitis quarumdam feſtiuitatum illuminariis aptari decreuerat, in eadem nos diſpoſitione ſeruituram delegauimus. Vt igitur hoc noſtræ confirmationis teſtamentum tuitionem in Dei nomine obtineat, & firmitatis plenitudinem; manu propria illud firmauimus, & prælibatorum Patrum manibus inſigniri poposcimus. Amicorum quoque & omnium noſtræ Eccleſiæ fidelium aſsignationibus ſubter iuſsimus roborari. Actum apud* CAVILONVM *ciuitatem ob præſentiam Epiſcoporum feliciter in Domino. Amen.*

HERIVEVS *humilis ſanctæ Eduenſis Eccleſiæ Epiſcopus huic ſcripto voluntate plena aſſenſum præbui.*

Remigius ſanctæ Lugdunenſis Eccleſiæ humilis Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Ardradus Cauilonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Adalardus humilis Anicienſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſ.

Gerardus peccator & humilis Epiſcopus ſubſc.

Fulco Archidiaconus ſubſc.

Durannus Præpoſitus ſubſc.

Aimo Abbas ſubſc.

Signum HIRMINGARDIS *Dei miſericordia Comitiſſæ, quæ firmauit.*

S. VVALONIS *filij eius.*

S. GISLEBERTI *filij eius alterius.*

S. MANASSÆ *filij eius.*

Bodo, Aldradus, Arlegius, Theodoricus, item Arlegius, Landricus.

Digitized by Google

Data pridie Kal. Nouembr. Indictione VII. *anno* XXIII. *post obitum domni* ODONIS *quondam Regis regnante* KAROLO *glorioso Rege.*

Autre Charte extraite du meſme Chartulaire de l'Egliſe d'Autun.

CVM *in omnibus iuſtis largitionibus idonea ſint adhibenda teſtimonia,* 922.
tamen ad cauendas ſeculi varietates neceſſe eſt vt largitio plenæ deuotionis ita conſignetur ſcripturarum teſtamentis, quatenus cognoſci poſsit veritas rationis, cùm ante conſpectum redacta fuerit inquirentis. Quamobrem ego ADELEITH *ſuperna diſponente pietate quondam Comitiſſa, nunc autem propitiante miſeratione cæleſtis Imperatoris famula, & clariſsimorum filiorum prole coruſcante in priſtina appellationis permanens dignitate; iſta & multo plura perpendens mihi conlata beneficiorum Dei donaria, & aliquibus temporalibus benè expenſis æternæ remunerationis credens atque deſiderans adipiſci præmia : diſpoſui ad conſilium atque conſenſum, imò & exhortationem dilecti filij mei* HVGONIS *illuſtris Comitis, vt de quibuſdam meæ proprietatis rebus Eccleſiam beati Nazarij honorarem, quæ mater eſt Eccleſiarum totius diœceſeos Eduorum, pro eo quòd diuina me pietas multis conſolationibus & propitiationibus erexit, & ad tranquilla deſideria perduxit. Ideóque dignum duxi vt pro largitis bonis, & largiendis præmiis præfatum locum relinquerem heredem. Statui igitur ad memorati filij mei Hugonis conſilium, vt villam Polignia-cum ſitam in Comitatu Vvaraſco ſupra riuolum Onna, cum Eccleſiis & manſis ad ſe pertinentibus quadraginta & eo ampliùs, ad ſtipendia ſeruorum Dei in prædicta matre Eccleſia eidem Deo & S. Nazario militantium manciparem pro me & pro nominato filio meo* HVGONE, *qui ipſam villam per Præceptum regium adeptus eſt, & mihi per Cartam ſuæ largitionis in proprio habendam conceſsit. Quatenus jamdicti militis Chriſti Nazarij interceſsio, & ſeruorum eius frequens oratio, aures ſummæ pietatis ad noſtrum pulſent auxilium : vt & preſentem vitam ſub diuina protectione ſine dedecore & periculo tranſeamus, & perpetuam diuina remunerante gratiâ feliciter obtinere mereamur. Vnde & hanc noſtræ largitionis Cartam fieri iuſsimus, per quam ſupranominatam villam præfatæ Eccleſiæ S. Nazarij & Canonicorum ipſius loci ſtipendiis deſtinamus : obſecrantes vt nullus Epiſcopus aut Comes à menſa eorumdem Canonicorum ſubſtrahere præſumat, ſed ſtipendiis illius prædicti fratres potiantur inuiolabiliter nullo impediente. Eo quidem ure vt in vita noſtra eandem ad noſtros vſus teneamus villam. Ipſi autem pro veſtitura in præſenti Eccleſiam ipſius Poteſtatis cum Capellis ſibi ſubditis recipiant, ac cenſum illius in ſuis alimoniis expendant. Si ergo aliquis Princeps aut Prælatus, ſeu quælibet alia perſona hanc noſtræ deuotionis oblationem à menſa vel ſtipendiis prædictorum Canonicorum ſubtrahere, aut alienare, vel in aliquo diminuere præſumpſerit, ad vindicandam hãc præſumptionem in diſtricti iudicij examine ſanctæ & tremẽdæ Trinitatis*

Digitized by Google

vtioni quantum poſſumus commendamus. Heredibus inſuper noſtris iubemus, eoſque humiliter obſecramus, vt hanc noſtram largitionem quanta poſſunt virtute pro noſtrarum & ſuarum animarum abſolutione ſuſtineant; & ſi ita expugnare non valent ad ſuos vſus recipiant, quouſque iuxta noſtram deuotionem præfatæ Congregationi reſtaurare poſſint. Vt autem hæc noſtræ largitionis Carta tutiorem in Dei nomine obtineat firmitatis plenitudinem, manibus noſtris eam firmauimus, ita vt poſt obitũ noſtrum ipſam villam prædicti fratres cum omni ſua integritate recipiant: & ſic amicorum atque fidelium noſtrorum manibus ſubter iuſſimus roborari. Actum Auguſtoduno ciuitate feliciter in Domino. Amen.

Ego ADELEITH *ſubſcripſi.*
Hugo Comes ſubſcripſi.
Rodulphus Comes ſubſcripſi.
* F. Enrelini. *S.* Eurelini.*
S. VVALONIS *Comitis.*
S. GISLEBERTI.
S. Adalmanni, S. Roberti, S. Teotfredi, S. Osberti, S. Rodulphi, S. Bligerij, S. Brunuici, S. Vgonis.

Ego Siluanus per iuſſionem dominæ meæ ADELETH *ſcripſi, & datauī* VIIII. *Kalend. Mai, Indictione* X. *anno* XXV. *poſt obitum* ODONIS *regnante* KAROLO *glorioſo Rege.*

Flodoard Preſtre de l'Egliſe de Reims en ſa Chronique.

924. *Anno* DCCCCXXIIII. *Seulfus quoque Epiſcopus terram S. Remigij coniacentem in Lugdunenſi prouincia, de qua Herueus Epiſcopus nihil habuerat, ab Hugone de Vienna, qui eidem colloquio intererat, reimpetrauit. Inde reuerſi circa quoddam caſtellum venimus, quod dicitur Mons ſancti Ioannis. Hoc* RAGENARDVS *inuaſerat ac retinebat. Hortatu tamen nepotum ſuorum* VVALONIS *&* GISLEBERTI, *ceterorumque quos Rex ad id expugnandum miſerat, obſidem Regi filium ſuum tranſmiſit: quem Rex exoratus à propinquis Raginardi, & Hugone fratre ſuo, recipi iuſſit, & Raginardo inducias dedit, ceteroſque omnes qui cum Raginardo erant obſtrictos ſacramento reliquit.* Et plus bas, *Rodulfus Rex Francię placitum habuit apud Atiniacum. Tunc indè profectionem parans in regnum Lotharij, grauiſſimo langore corripitur, &c. & quatuor hebdomadibus apud S. Remigium demoratus, tandem redintegrata ſanitate Sueſſionicam petiit vrbem, indeque regreditur in Burgundiam.* Puis vn peu apres, *Rodulfus Rex caſtellum Montis S. Iohannis, id* RAGENARDO *inuito licèt deferente, recepit, ſicque Franciam repetiit.*

Nicolas Vignier en ſa Chronique de Bourgongne, ſoubs l'an 924.

Eodem tempore Heriberto Comiti Perona, Hugoni autem Albo Ce-

Digitized by Google

nomannorum ciuitas ab eodem Rege data eſt. Qui cùm indè reuerteretur, VVALONEM *&* GISLEBERTVM MANASSIS *ciuſdam Burgundiæ Comitis filios ad expugnandum Montis S. Iohannis caſtellum, quod* RAGINARDVS *eorum patruus aut auunculus inuaſerat, mittit. Is verò cauſæ ſuæ diffiſus, veniam à Rege per Hugonem Nigrum ipſius fratrem ſupplex poſtulauit, & obtinuit.*

Extrait d'vne brieue Hiſtoire ancienne des Abbez de Flauigny.

Obiit etiam VVALO *anno incarnationis Domini* DCCCCXIII. *Indictione* XV. *Et Indictione* I. HERVEVS *ſucceſſit, & hic Abbatiam ſibi tenuit, & ſub ſe Ganzarium Prælatum conſtituit. Herueo nihilominus decedente, Romundus ſubſtitutus eſt.*

Autre extrait de la Chronique Ms. de Hugues Abbé de Flauigny.

Anno ab incarnatione Domini DCCCCXIII. VVALO *Eduenſis Epiſcopus obiit, præfuit annis* XX. *ſub Karolo Simplice. &* HERVEVS *ſucceſſit.*

Anno DCCCCXXV. HERVEO *Epiſcopo decedente Romundus ſub Rodulfo Rege ſubſtituitur.*

Extrait du Martyrologe de l'Abbaye de Flauigny.

II. *Kal. Iul. Arueus Epiſcopus Eduenſis & Abbas Flauiniacenſis obiit.*

---

3. *GISLEBERT COMTE D'AVTVN, de Chalon, & de Beaune, & en fin Duc de Bourgongne, ſecond fils de MANASSES I.*

Extrait de la Chronique de l'Abbaye de S. Benigne de Dijon.

IDEM RODVLFVS *Rex mortuo* HVGONE *Duce fratre ſuo, Burgundiam adiit, reſidenſque Diuionenſi caſtro menſe Aprili, cùm cauſas ſuas teneret* ROTBERTVS *Comes Palatij, &* GISLEBERTVS *Comes Burgundiæ, aliique plures tam Comites quàm nobiles viri, interpellatus eſt Rotbertus Vicecomes à Vvirone Aduocato S. Benigni, de quibuſdam ſeruis, qui quamuis ex illius ſeruo & ancilla S. Benigni, & ex poteſtate & fiſco Longiuici nati fuiſſent, magiſque S. Benigno quàm ipſi Rotberto ſeruire deberent; tunc in ipſo Palatio, in præſentia Principum eoſdem ſeruos vvirpiuit, & S. Benigno reddidit. promittens deinceps, ſi aliquis parentum aut heredum illius eos repetere, vel calumniari voluiſſet, ſe teſtem & defenſorem S. Benigni contra eoſdem fore.*

Flodoard Preſtre de l'Egliſe de Reims en ſa Chronique.

Anno DCCCCXXXI. GISLEBERTVS *filius* MANASSÆ *à* 931.

Digitized by Google

Rege Rodulfo deſciuit propter Aualonem caſtrum, quod ab eo Emma Regina abſtulerat, ſimulque recedit Richardus filius Vvarnerij ob eandem rationem.

932. *Anno* DCCCCXXXII. *Rex Rodulfus in Burgundiam reuerſus quædam caſtella* GISLEBERTI *& Richardi, qui à ſe deſciuerãt, recepta.* Et peu apres, *Rodulfus Rex* GISLEBERTO *recepto, à Burgundia reuertitur in Franciam: ibique Abbatiã S. Medardi, quam Heribertus tenebat, potitus, regreditur in Burgundiam.*

Anno DCCCCXLI. *Ludouicus Rex Burgundiam petens Rotgarium Comitem cum Hugone Nigro ac* GISLEBERTO *pacificauit: indéque Laudunum remeans, Arnoldum cum Landrico fratre ipſius eodem caſtro proditionis inſimulatos expulit, & Rotgario Laudunenſem Comitatum dedit. Compertoque quòd Hugo Albus ad obſidendum Laudunum properaret, Burgundiæ partes cum Artaldo Epiſcopo & Rotgario Comite repetit.*

Extrait d'vn brief Catalogue des Comtes de Chalon ſur Saone.

ERMENGARDIS *Comitiſſa, &* GILBERTVS *eius filius Comes Cabilonenſis, ſub Rodulpho Rege.*

Charte tirée des Archiues de S. Symphorian d'Autun.

936. IN *nomine Domini Dei æterni & Saluatoris noſtri* IESV *Chriſti,* HVGO *humilis Comes & Marchio. Omnibus notum fieri volumus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus præſentibus atque futuris, præcipuè autem his ante quorum præſentiam huius noſtræ largitionis venire contigerit Cartam; quoniam cùm pro qualibet neceſſitatis cauſâ partes Auguſtudunenſium aggreſſi fuiſſemus, & aulam S. Symphoriani egregij Martyris cauſâ orationis ingredientes, pauliſper ibidem aduentum fidelium noſtrorum præſtolantes demoraremur,* GILBERTVS *Comes, Alberi-*
* *infrà Aſo.* *cus Comes, & filius eius Leotaldus, & Addo* noſter fidelis, intimantes ſublimitati noſtræ qualiter ipſius loci Abbas & Præpoſitus Theudo, & omnis vulgus Canonicorum ſub eo degentium, aliquod in futuro noſtræ commemorationis donum ſuppliciter peterent, eo quod locus ille pro penuria, egeſtate, & inopia Clericorum ibi famulantium quaſi jam adnullari videretur. Nos autem eorum conſultui parere volentes, pro amore Dei & S. Symphoriani, & elemoſyna genitoris noſtri* RICHARDI, *&* ADHELEIDIS, *nec non pro remedio animæ noſtræ reddimus & tradimus quoſdam terræ manſos ad ſtipendia fratrum Eccleſiæ S. Symphoriani ſeruientium, ſcilicet in Comitatu Belnenſi* XII. *terræ manſos vini feraces in villa quæ dicitur Nolliacus, & in eodem pago in alio loco in villa Creſcentiaco pertinenti ad villam Penſcidum, quam Droſia quædam matrona olim dedit S. Symphoriano,* VIII. *manſos & dimidium. Precabantur etenim jamdicti fideles noſtri, ex hoc noſtræ largitionis dono*

Cartam

Digitized by Google

Cartam in posterum eis habendam concederemus. Iussimus itaque huius nostri assensus fieri testamentum, cuius decretum decernimus, & decernendo allegamus, vt prænotati terræ mansi cum omnibus ad se pertinentibus, quæsitis & inquirendis, vsibus fratrum & Canonicorum S. Symphoriani perpetualiter addicti, & æternaliter deputati permaneant: & pro vita nostra & incolumitate atque prosperitate Dominum sanctumque Symphorianum incessabiliter exorent, &c. Et vt huius nostræ largitionis Carta pleniorem in Dei nomine capiat firmitatem, tangendo firmauimus, & fidelibus nostris infrà scriptis firmare rogauimus. Acta Augustoduno feliciter in Dei nomine, Amen.

Signum HVGONIS *Comitis.*
Signum GILBERTI *Comitis.*
Signum Alberici Comitis.
S. Asonis.
S. Hunfridi.
S. Roberti Vicecomitis.
S. Humberti.
S. Manfridi.
S. Leotaldi.

Data 1. mensis Septembris Indictione.... anno 1. regnante LOHODOVICO *Rege. Ego Boso Capellanus S. Symphoriani scripsi & dataui.*

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de S. Estienne de Dijon Partie I. Chap. XXXVIII.

CVM *in cunctis legitimis largitionibus idonea sint adhibenda testimonia ob secularium rerum diuersitates cauendas, necesse est vt quod vnanimus concedit assensus, scripturarum commendetur titulis, ne postmodum callidorum possit obuiari versutiis. Quamobrem ego* GISLEBERTVS *diuina largiente clementia Comes Heduensis, atque aliarū patriarum, Notum esse volo vt sit omnibus nostris fidelibus tam præsentibus quàm & futuris, qualiter peruenit ad aures nostræ pietatis humillima deprecatio Roberti Diuionensis, nostrique per omnia fidelissimi, de quodam suo fidele Guitbaldus nomine, necnon & eius coniuge Rutrudis, ac filiorum eorum, vt eis largiremur aliquid de terris nostris pertinentibus. Ad cuius vtillimam postulationem aures nostras inclinantes, & deuotè susciptentes, hoc quod petebat gaudenter studuimus agiliter adimplere. Ergo donamus eis à die presenti mansum vnum & dimidium de terris ex ratione S. Stephani, qui est de adjacentia Blasiaco villa, per consensum Ratherij Archidiaconi & Canonicorum eius, vt nonas & decimas omni tempore, sicut statutum, prædicta Ecclesia recipiat. Et conjacet jamdictus mansus & dimidius in pago* CAVILENSIVM *in villa Mercoriaco, seu in ipsa villa. Et habent terminationes, de ambobus lateribus ratio S. Martini. De vno fronte, terra S. Marcelli. Ex alio verò,* 942.

ſtrada publica. Infra iſtas terminationes totum ad integrum cum clauſis & vineis, & pratis, & terris, atque cellariis, ſeu aquis aquarumque decurſibus, & omnia quidquid pertinent ad jamdicto manſo & dimidio, à die preſenti vobis dono, ac filiorum veſtrorum iure perpetuo ad poſidendum nullo impediente. Si quis autem ſucceſſorum meorum hanc inſtitutionem vel precariam caca cupiditate accenſus tyrannide abolere ſeu infringere voluerit, non valeat euindicare quod nequiter repetit; ſed inſuper ei, cui litem impreſſerit, libras VI. *de auro puriſſimo componat, & ſua repetitio minimè valeat. Et vt hæc ſecuritas in Dei nomine omni tempore firmiorem obtineat ſtabilitatis vigorem, manu propria eam firmaui, & nobilium omnium fidelium noſtrorum vnanimes conſentientes firmare iuſſimus: quatinus per inconuulſa tempora firma ſtabiliſque permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum Belnenſis caſtro.*

S. GISLEBERTI *Comitis qui hanc ſecuritatem iuſſit ſcribere, & firmare rogauit.*

S. ERMENGARDI *quæ conſenſit.*

S. ADALEIDIS *filiæ eorum ſimiliter quæ conſenſit.*

S. Rodberti qui hanc precariam ſtuduit popoſcere.

S. Hengeltrudis.

S. Rodulfi filij prædicti Roberti.

Adalbertus Decanus.

S. Enurardus Leuita.

S. Vmbertus Presbyter, &c.

Ego Conſtantius exiguus Leuita hanc inſtitutionem datani & ſubſ. III. *Idus Decembris Indictione* XIV. *Anno* VII. *regnante* LVDOVICO *Rege feliciter.*

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Monſtierramey.

950. PLACVIT *atque conuenit inter domnum* GISLEBERTVM *Comitem & Gratianum Abbatem Monaſterij S. Petri Derueníis. &c. Dedit itaque domnus Giſlebertus Comes partibus S. Petri Alericum ex vico vel poteſtate Piſniacenſe, conſentiente Ingelberto, ex cuius beneficio habebatur, &c. Et vt inuiolabile obtineat firmitatis iudicium, ego* GISLEBERTVS *gratia Dei Comes ſubterfirmaui, & fidelibus noſtris corroborandum tradidi. S. Ingelberti qui conſenſit. S.* ROBERTI *Comitis. Ego Neguinus juſſu domni Giſleberti Comitis anno* XV. *regnante* LVDOVICO *Rege recognoui. Actum Cauilonis ciuitate feliciter.*

Nicolas Vigner Hiſtoriographe de France en ſa Chronique Latine de Bourgongne, ſoubs l'an 954.

954. FVIT *hoc ſeculo celebre cuiuſdam* GISLEBERTI, MANASSIS *non minimæ auctoritatis in Burgundia Comitis, filij (quem etiam Auguſtodunenſi Comitatui præfuiſſe quibuſdam indiciis aſſequor) nomen*

Digitized by Google

tum in Annalibus Remenſibus, tum in monumentis Eccleſiæ diui Benigni Diuionenſis.

Aimoin, ou ſon Continuateur, au Liure v. de l'Hiſtoire de France, Chap. XLIIII.

IN *ipſo anno (quo ſcilicet Hugo Magnus obſedit Pictauos) defunctus eſt* GISLEBERTVS *Dux Burgundiæ, relinquens Ducatum Othoni filio Hugonis Magni. Habebat namque Otho filiam illius Giſleberti in coniugio.*

Extrait des Chroniques des Abbayes de S. Benigne & de Beze.

HVGONIS *Regis fuerunt fratres duo, Otto & Henricus, filij Hugonis Magni Ducis Francorum. Poſt mortem patris accepit Hugo Ducatum Franciæ, & Otto Burgundiæ. Habuit vxorem filiam* GISLEBERTI, *qui poſt Hugonem fratrem Rodulfi Regis Ducatum Burgundiæ tenuit. Sed eo in adoleſcentia abſque liberis defuncto, Henricus ſucceſſit frater ſuus. Hic fuit comptus bonis moribus, præcipuè manſuetudine, vir Eccleſiaſticus. Ipſe denique Henricus Dux audita fama religionis eximij Patris Vvillelmi commiſit ei Abbatiam* VERZIACENSEM *penè ad nihilum redactam, vt ab ipſo reſtitueretur in priſtinum ſtatum. Quod & fecit, auxiliante Deo.*

4. LEDGARDE COMTESSE D'AVTVN, Ducheſſe de Bourgongne : & ALIX ſurnommée VVERE Comteſſe de Chalon, & de Beaune, filles de GISLEBERT.

Odoran Moyne de l'Abbaye de S. Pierre le Vif de Sens en ſa Chronique qu'il recueillit l'an MXLV. eſtant âgé de 60. ans.

ANNO DCCCCLVI. *Obiit Hugo Dux magnus, & filius eius Hugo Ducatum ſuſcepit. Et* GISLEBERTVS *Comes Burgundionum obiit, & honorem eius cum filia nomine* LEVDEGARDE, *ex qua poſtea à* RODVLFO *Diuionenſe pipicus factus eſt, Otto frater Hugonis Ducis recepit. Aliam verò filiam nomine* VVERRAM *duxit in matrimonium* ROTBERTVS *Comes Trecaßinorum. Mortuo verò Ottone, Ainricus frater eius Ducatum ſuſcepit Burgundiæ.* 956.

Flodoard Preſtre de l'Egliſe de Reims en ſa Chronique.

ANNO DCCCCLXV. OTTO *filius Hugonis, qui Burgundiæ præerat obiit. & rectores eiuſdem terræ ad Hugonem & Odonem Clericum fratres ipſius ſeſe conuertunt.*

Digitized by Google

Extrait du Martyrologe de l'Eglise de S. Estienne d'Auxerre.

VIII. *Kal. Martij* OTTO *Burgundiæ Marchio obiit* DCCCCLXIII. *incarnationis Dominicæ anno.*

Extrait des Memoires de M. I. Munier Conseiller & Aduocat du Roy au Bailliage d'Autun, en la vie du Duc Gisiebert.

IL mourut l'an de grace DCCCCLVI. six ans iustement apres Hugues fils de Richard, laissant pour sa posterité deux filles, qui furent hautement mariées: l'aisnée appellée VERE à ROBERT fils de Herbert Comte de Vermandois, qui s'estoit emparé de la ville de Dijon, peut estre y pretendant droit à cause de ce mariage. Mais Lothaire fils de Louys d'Oultremer luy fist lascher prise. Et la puisnée nommée LEVTGARDE à OTHO frere de Hugues Capet. Pour raison duquel mariage, apres le decés dudit Gislebert il fut Duc de Bourgongne. Lequel aussi mourant sans hoirs transmit ce Duché à Henry son frere, & ledit Henry à Robert son nepueu fils de Hugues Capet, qui fut apres son frere Roy de France & Duc de Bourgongne.

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Monstierramey.

959. PLACVIT *atque conuenit inter glorioſiſimum Trecaſinæ vrbis Comitem* ROTBERTVM, *& Gratianum Abbatem Monaſterij S. Petri Deruenſis, &c. Dedit itaque prædictus Comes partibus Abbatis pratum vnum. Pertinet autem pratum illud de Camera Comitis, de Poteſtate Podenniaco. Ego Rotbertus Comes firmaui, & fidelibus meis firmare præcepi.*

Actum Trecas ciuitate publica ſub die VIII. *Id. Aug. anno* V. *regnante* LOTHARIO *Rege Francorum.*

Signum ROTBERTI *glorioſiſimi Comitis.*

S. ADELAIS *Comitiſſæ.*

S. Erberti filij eorum.

S. Vvalterij Vicecomitis.

Ego Goduinus Leuita ſcripſi, & ſubſcripſi.

Flodoard Preſtre de l'Eglise de Reims en sa Chronique.

960. ANNO DCCCCLX. *Diuionem quandam munitionem, quam Regis Lotharij fideles tenebant,* ROTBERTVS *frater Heriberti fidelem Regis ſe fallens, dolo ingreſſus inuadit, regiis expulſis cuſtodibus. Ad quam recipiendam Rex cum matre Regina profectus, ipſum obſidet caſtrum. Bruno Præſul cum Lotharienſibus & aliis ſibi ſubditis illuc aduenient, obſides à Rotberto accepit, quos Regi tradidit.*

Digitized by Google

Extrait d'vn brief Catalogue des Comtes de Chalon.

ROBERTVS *Comes tempore Frotgarij Epiſcopi Cabilonenſis, tenebat Abbatiam S. Marcelli. fit mentio in dicto inſtrumento* LAMBERTI *etiam Comitis Cabilonenſis. Anno* VI. *Lotharij Regis.* 961.

Glaber Rodulfus au Liure III. de ſon Hiſtoire, Chap. 11.

NECNON *etiam* VVILLERMVS HENRICI *Ducis priuignus, ac* ALBERTI *Longobardorum Ducis filius, eidem Regi (ſcil. Roberto) aliquando rebellis extitit, fauente ei* LANDRICO *Neuernis Comite, qui eius filiam vxorem duxerat, &* BRVNONE *Lingonenſi Epiſcopo, cuius habebat in matrimonio ſororem, ex qua ſuſcepit filios, & filias, de quibus priùs natam Landricus, reliquas vterque* VVILLERMVS, *ſcilicet Pictauenſis & Arelatenſis, duxere vxores. Vtriuſque filiorum eius* RAINALDVS *nomine duxit filiam Richardi Rotomagenſis Ducis Adelaidem nomine vxorem. Qui licèt aduena puer etiam furtim ſublatus à Longobardorum patria, matrique non mediocriter aſtutè per quendam Monachum redditus in Burgundia, in tantum conualuit, vt in diuitiis & in militia non inueniretur ſecundus in patria. Sed huic plurimum aduerſatus reſtitit* HVGO *filius* LAMBERTI *Cabillonenſis Comitis viri honeſtiſſimi, qui inter cetera quæ geſſit optima, Monaſterium etiam conſtruxit in pago Auguſtidunenſe, quod dicitur Paredo, in honore ſanctæ Mariæ, ſanctique Ioannis Baptiſtæ, in quo etiam ſepultus honorificè quieſcit. Fuit enim idem* HVGO *Epiſcopus Autiſiodori, regenſque Comitatum patris ex imperio Regis, quoniam præter eum pater non habuit ſobolem ſexus maſculini. Idcirco hoſtibus Regis contrarius, quoniam Regi fidiſſimus parebat in omnibus. Accepit autem ſupradictus Rex * illius cognatam nomine & animo* CONSTANCIAM, *inclytam Reginam, de qua etiam ſuſcepit filios quatuor, & filias duas.*

* Il y a au Ms. de la Bibliot. de Monſ. de Thou, *Neptem præfati Fulconis, nomine & animo Conſtanciam inclytam Reginam, filiam videlicet Vuillelmi Comitis Arelatenſis natam de Blanca ſorore, &c.*

Extrait de la Vie de S. Maïeul Abbé de Cluny, eſcrite par S. Odile ſon ſucceſſeur.

Diligebat eum Cæſaris (Ottonis) coniux diua Adaleida Imperatrix Auguſta, caritate ſinceriſſima, & deuotione cariſſima. Diligebat eum eorum filius humili deuotione Imperator Otto affectu & non diſſimili voto. Chuonradus ſupradictæ Imperatricis frater nobilis & pacificus, eiuſque Mathildis nobiliſſima coniux, quantò frequentiùs faciem eius cernebant, tantò amplius in eius amore creſcebant. Quid dicam de nobiliſſimo HENRICO *Burgundionum Duce? Quid de* LAMBERTO *inluſtriſſimo viro, & nobiliſſimo Comite? Quid de Vvillelmo, quid de Ricardo Aquitanorum & Normanorum fortiſſimis Ducibus? &c.*

Digitized by Google

Charte rapportée par Pierre de S. Iulien en ſon Diſcours des Antiquitez de Chalon p. 418. & en la Bibliotheque de Cluny, p. 314.

EGO *in Dei nomine* THEOBALDVS *Comes Cabilonenſis omnibus filiis ſanctæ Eccleſiæ in Domino ſalutem. Auditu à prædeceſſoribus meis, & vicinis antiquis viris, quod nobiliſſimus Comes* GAVFREDVS, *qui poſt mortem præſtantiſimi & Chriſtianiſſimi Comitis aui noſtri* LAMBERTI *accepit eius coniugem auiam meam* ADELEIDEM *Comitiſſam, acceſſit ad beatæ recordationis Abbatem* MAÏOLVM, *& commendauit illi Monaſterium in ſuburbio Cabilonenſis ciuitatis, à Guntranno nobiliſſimo & religioſo Rege magnificè conſtructum, vbi requieſcit corpus beati Marcelli Martyris: eo tenore vt Religionem Monaſtici Ordinis, quæ penè abolita fuerat, reformaret, jura & poſſeſſiones ad ipſum locum pertinentes excoleret; vt ipſe & ſucceſſores eius Cluniacenſes Abbates perpetualiter haberent & poſſiderent. Hanc autem commendationem ſiue donationem fecit ſupradictus Comes Gaufredus domno Maïolo, cum conſilio coniugis ſuæ, & filij eius* HVGONIS *tunc Clerici, poſtea Epiſcopi, annuente & laudante* AINRICO *Duce. Poſtea verò regnante ſereniſſimo Rege* ROTBERTO, *auunculus meus domnus* HVGO *Comes & Epiſcopus, præſente ipſo Rege, Comitibus, & Epiſcopis iſtius patriæ, ſupradicti Monaſterij donum tradidit domno* ODILONI *Abbati ſucceſſori Abbatis Maïoli, vt ipſe iure anteceſſoris ſui locum haberet, teneret, & poſſideret. Ego verò gratiâ Dei Comes* THEOBALDVS, *quod anteceſſores noſtri & parentes Deo & ſancto Petro, & loco Cluniacenſi dederunt, laudo, volo, & confirmo: & vxori meæ, & meis fidelibus laudare & firmare facio, & quàdiu vixero teſtis & adiutor ero. Poſt meum deceſſum, qui contra hanc reſtitutionem venerit, iram Dei omnipotentis incurrere ſeſe non dubitabit.*

Signum THEOBALDI *Comitis qui hoc teſtamentum laudauit atque firmauit, ſuoſque fideles & amicos firmare præcepit.*

S. ERMENTRVDIS *eius coniugis.*

S. Hugonis de Montpaon.

S. Amedei de Nauiliaco.

S. Gerardi de Raon.

Extraits du Chartulaire de l'Abbaye de S. Aubin d'Angers.

966. *Carta Gaufridi Comitis Andecauenſis, cui Griſagonella cognomen fuit, de Canonicis electis à Monaſterio S. Albini, & Monachali regula impoſita, & Vvilboldo Abbate primo deſignato, aſſentiente fratre eiuſdem Gaufridi Comitis Vvidone Abbate. S. Hugonis Francorum Ducis. S. Gaufridi Comitis, qui hoc priuilegium fieri iuſſit, & adfirmare rogauit. Vvido Abbas ſubſcripſit. Nephingus Anditanus Epiſcopus ſubſcripſit. S. Vvidoni Sueſſionenſis Epiſcopi. Arduinus Turonorum Ar-*

Digitized by Google

chiepiſcopus. S. Roberti Comitis Trecaſſini. S. Alberici Aurelinæ Comitis. S. Vvaldrici Sueſſionis Comitis. S. Hugonis, S. Sucherij, S. Vvalaranni, S. Roberti.

Carta ADELÆ, *qua res hereditarias ſui iuris, quas vel à parentibus,* 974.
ſeu à ſeniore ſuo GAVFREDO *Comite adquirere potuit, ſancto Confeſſori Albino tradit, ſcilicet curtem ſibi à parentibus traditam ſitam in pago Beluacenſe, quæ vocatur Vndanis-villa, Inſulam ſitam in pago Andegauino, quam in dotalitium ſibi ſenior contulit ſuus, venerandus ſcil. Comes Gosfredus, quæ Mons vocatur &c. S. Gaufridi Comitis, S. Fulconis filij eius. S. Gaufridi filij eius. S. Rainaldi Epiſcopi Andegauenſis, S. Rainaldi Vicecomitis patris eius, S. Sulpicij, S. Heriberti Comitis, S. Gausfredi Vicecomitis, S. Harduini Epiſcopi Turonenſis, S. Odonis Comitis. Data menſe Martio. Anno* XXIII. *regnante Lothario Rege, in placito publico Andecauis ciuitatis, anno ab incarnatione Domini* DCCCCLXXIIII. *Indict.* I. II. *Nonas ſupradicti menſis.*

Extraits d'vne ancienne Chronique de S. Aubin d'Angers.

ANNO DCCCCLXVI. *de Monaſterio S. Albini Canonici foras miſſi ſunt, & Monachi intromiſſi* XIII. *Kal. Iulij à Gaufrido Comite.*

Anno DCCCCLXXIV. *Rainaldus Epiſcopus ordinatus eſt.* ADELA *Comitiſſa in eius preſentia, preſente etiam Harduino Turonenſi Archiepiſcopo, & marito ſuo Gaufrido Griſagonella, Vndaniſ-villam, & inſulam Montis, & Peregrinam S. Albino in elemoſynam dedit.*

Extrait d'vn vieil fragment de genealogie.

Herbertus de Tric.

Leutgardis.	*Rotbertus.*
Emma.	*Adela.*
Vvillelmus.	*Fulco.*

3. *MANASSES II. COMTE DE DIION & de l'Auxois, Seigneur de Vergy, troiſieſme fils de MANASSES I.*

Charte tirée des Archiues de l'Abbaye de S. Benigne de Dijon.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, RODVLFVS *diuinâ* 925.
propiciante clementiâ Francorum Rex. Si petitionibus ſeruorum Dei aurem ſerenitatis noſtræ libenter accommodamus, Regium exſequimur cultum, & eos ad fidelitatem noſtram promptiores eſſe putamus. Qua-

propter notum sit omnium fidelium nostrorum tam presentium quàm etiam futurorum solertiæ, quoniam adiens excellentiam nostræ Serenitatis GAVZSELINVS *Lingonensis Ecclesiæ Episcopus, cum fideli nostro* MANASSE *Comite deprecati sunt, vt Monachis Monasterij S. Benigni Martyris Christi, quod est situm in suburbio Diuionis castri, Præceptū nostræ auctoritatis de rebus quas domnus* ISAAC *miræ sanctitatis Episcopus, necnon & alij Reges prædecessores nostri, & Lingonenses Episcopi, & Deo deuotissimi viri ibidem condonauerant, pro elemosyna simul & remissione peccatorum nostrorum, necnon & pro statu & pace totius regni Francorum liberiùs supradicti Monachi Deum exorarent, concederemus. Igitur postulationibus eorum aurem serenitatis nostræ accommodantes, & rei publicæ deprecationem fidelium nostrorum necessariam profitientes, concedimus, & omni tempore concessum esse volumus, vt de rebus quæ datæ sunt, & in futuro condonandæ, ad stipendia fratrum, regulariter potestatem habeant tenendi & possidendi, cum clausstro à torrente diuidente Sancti & castri causam, cum burgo etiam & mercato, pariterque destricto, absque vllius Potestatis contradictione & calumnia: vt nemo de his quæ suprà dicta sunt, quicquam audeat repetere vel subtrahere, siue auferre, aut vim inferre, sine præcepto Abbatis, aut Monachorum. &c. Vt autem hæc Scriptio firma & stabilis in æuum permaneat, & à nullo successorum nostrorum sit mutanda, nostro nomine insigniri, & anuli impressione jussimus sigillari.*

Signum RODVLFI *Regis gloriosissimi.*

Raynardus ad vicem ABBONIS *Pontificis recognouit & subscripsit. Actum Arciacovilla super fluuium Ararim,* III. *Kal. Iulij, Indictione* III. *anno* IIII. *regnante Rodulfo gloriosissimo Rege.*

Extrait de la Chronique de S. Benigne de Dijon.

GOTSELINVS *tunc Episcopus regebat Lingonensem Ecclesiam. Hic adiens* RODOLFI *Regis Palatium, deprecatus est vnà cum* MANASSE *Comite eius clementiam, vt Præcepto Regali statueret de quibusdam rebus ab hoc loco ablatis, sed à suis prædecessoribus, Argrimo videlicet & Vvarnerio nuper S. Benigno redditis. Quod Rex libenter annuens, ipsas res sua regali munificentia sæpedicto S. Benigno restituit, Saciacum scilicet villam cum Ecclesia & aliis villis ibidem pertinentibus, & omnibus rebus, quæcumque potestas Episcopalis ibidem tenuerat. Abbatiolam etiam S. Ioannis, mercatum quoque die Sabbati, quod est in burgo omnibus septimanis, & medietatem annalis, quod est festiuitate S. Benigni. Pratum etiam in Aziriaco villa, quod Vvarnerius Anistes in fine mortis suæ concesit inibi. Mansa* VIII. *in Comitatu Alsensi, in villa Nermedis, cum mancipiis vtriusque sexus. In Gibriaco villa, in Comitatu Belnensi, mansum* I. *fauente & deprecante* MANASSE *Comite. Hæc omnia præfatus* RODVLFVS *Rex concesit Deo & S. Benigno,*

S. Benigno, anno incarnationis Dominicæ DCCCCXXV. *Indictione* XIII. *regni verò ſui* IIII.

Flodoard Preſtre de l'Egliſe de Reims en ſa Chronique.

Anno DCCCCXXV. *redintegrante, Ragenoldus cum ſuis Nordmannis Burgundiam depopulabatur. cum quo Vvarnerius & Manasses Comites, Anſegiſus & Gozcelinus Præſules congreſi apud montem Calaun Nordmannorum plus quàm* DCCC. *ſternunt. Vvarnerius Comes ibi equo cui ſedebat occiſo, captus & interemptus eſt, & Anſegiſus Trecaſinæ vrbis Epiſcopus vulneratus.*

Louys Gollut au Liure VII. de ſes Memoires de la Franche Comté, Ch. II.

Pvis en l'an 950. fut Gislebert fils aiſné de Manaſſes, qui fut tant puiſſant, qu'il ſe fiſt Duc de Bourgongne. Mais il ne laiſſa qu'vne fille Leudegarde, &c. *Et peu apres:* En cette Maiſon eſtoient les seconds fils, auſquels la Seigneurie & le nom de Vergy demeurerent, auec tant de prerogatiue qu'ils ne recognoiſſoient le Duc ny autres pour ſuperieurs, &c. Toutesfois ceux qui tenoient Vergy ſe ſoubmirent & confeſſerent vaſſaux des Roys de France, lors qu'ils furent aſſaillis par les Ducs.

Av ſurplus le Comte Manasses fut vn Prince tres-vaillant, & qui rompit les Normans au Charrolois, lors qu'ils eſtoiẽt plus furieux, & qu'ils renuerſoient tout ce qu'ils trouuoient en France. Toutesfois le Comte Vvarnier de la meſme Maiſon demeura pour gage en ladite guerre, & fut enterré au ſepulchre commun de la Maiſon du Prieuré de Vergy par eux fondé, auquel ſe treuue la ſuperſcription du Comte Manaſſés & de ſa femme.

De ceux-cy ſont les Seigneurs de Champlite, Beluoir, Autré, Vadans, Vaugrenans, Fonuans, Fontaine-Françoiſe, Vignorry, Mirebeau, Montferrant, Champuans, S. Diſier, C. de Dampmartin, & autres. Ceux du Mont S. Iean au Duché de Bourgongne en ſont, mais ils ſe ſont bien ſouuent ſeparez du tronc, du nom, & des Armes.

Digitized by Google

4. RAOVL COMTE DE DIION ET de l'Auxois, & ſes freres enfans de MANASSES II.

Charte tirée du Cartulaire de l'Abbaye de Cluny.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, LVDOVICVS diuina propitiante clementia Francorum Rex. Si fidelium virorum petitiones benignè ſuſcipimus, eorum proculdubio deuotionem artiùs in noſtra fidelitate ſolidamus. Quapropter regni noſtri noſcat fidelitas veneranda, quoniam noſtræ dignitatis adiens præſentiam RAINAVDVS Comes, & MILO, humiliter expetierunt, quatenus cuidam viro videlicet Aquino quaſdam res, quas iure beneficiario poſsidebat, noſtræ ſublimitatis Præcepto confirmare dignaremur. Quod & fecimus. Sunt autem prædictæ res in pago Matiſconenſe, in villa quæ dicitur MATERIAS, & in altergo quæ dicitur Nerunda, ſuper fluuium Graona, in Eccleſia in honore S. Iuliani, cum manſis & mancipiis vtriuſque ſexus, vineis, pratis, molendinis, ſiluis. Et in alio loco Manſionile qui dicitur Vallis, cum vinetis, pratis, paſcuis, & quicquid iuſtè ad prædictam poteſtatem pertinere videtur. Vnde hoc noſtræ altitudinis decretum fieri, ac memorato Aquino & vxori eius, atque liberis eorum dare præcepimus, per quod præfatas res ex conſenſu GILLEBERTI Comitis habeant, teneant, atque poſſideant, & quicquid facere voluerint, liberam ac firmiſsimam in omnibus percipiant facultatem. Et vt hæc noſtræ auctoritatis largitio inuiolabiliter per ſuccedentia conſeruetur tempora, manu noſtra eam ſubterfirmantes annuli noſtri impreſsione corroborari præcepimus.

Signum domni LVDOVICI glorioſiſsimi Regis.

Odilo Cancellarius ad vicem Artaldi Archiepiſcopi recognouit.

Actum in Plecteis quod fuit in villa quæ dicitur Triſluro, VI. Idus Iunij, Indictione VIII. anno autem XIIII. regnante LVDOVICO Rege.

Extrait du Cartulaire de l'Abbaye de S. Eſtienne de Dijon, Partie I. Charte XLIII.

951. NOTVM ſit omnibus futuris atque præſentibus, qualiter RODVLFVS Comes res Adalberti Leuitæ, quas mater ſua ei dedit, & ipſa legitimè ſecundum Regem Romanam in coniugio adquiſiuit, de Archenrado videlicet ſeniore ſuo, per maliuolum conſilium ad terram, quam de Solario tenet ex ratione S. Stephani, cupit reuocare. Ipſas res conjacent IN PAGO OSCARENSE, in villa Patriniaco; hoc eſt manſus vnus cum ſuprà poſito, & vinea quæ ad ipſo manſo, & omnia quicquid ad ipſum manſum aſpicit. Et IN COMITATV BELNENSE, in villa Gibriaco, petiolas duas de vinea. Tunc ipſe Adalbertus inantea ſtetit, &

teſtes ſatis idoneos habuit, qui olim per ſacramentum probare volebant, quòd plus per legem & rectum hæc omnia ipſe Adalbertus tenere deberet, quàm ad terram quæ ad Solarium pertinet reddere. Quo inuenta eius rectitudo, per conſenſum fidelium ſuorum, & pro remedio animæ ſuæ, & GENITORI SVO, vt remunerator omnium munus vitæ æternæ ei tribuat iuſſit ei Notitiã fieri, vt à præſenti vita & deinceps quicquid quod ex iamdictas res facere voluerit, liberam ac firmiſſimam in Dei nomine habeat poteſtatem; & per feſtucam & fuſtum ſe per omnia exutum fecit. Et vt certiùs ſecuriuſque eas res tenere non dubitet, ſibimet manu firmauit, & fidelium ſuorum firmari præcepit. Actum Diuioni caſtro.

S. RODOLFO *Comiti, qui hanc Notitiam fieri precauit.*

S. ROTBERTO *fratre ſuo.*

S. Vvitbaldo.

S. Vvalono.

S. Ainricho.

S. Rotberto, &c.

Ego in Dei nomine Vvarnerius Leuita ſcripſi, & ſubſcripſi. Data die Dominico, menſe Iunio anno XVI. *regnãte* LVDOVICO *Rege feliciter.*

Flodoard Preſtre de l'Egliſe de Reims en ſa Chronique.

Anno DCCCCXXXIII. *Rodulfus Rex munitionem Heriberti, quæ dicitur Caſtellum Theoderici, obſidet ebdomadas ſex. Poſtea* VVALO, *qui cuſtodiebat illud, Reginæ Emmæ ſe committit, eiuſdemque fidei vel promiſſioni caſtrum dimittitur.* Et plus bas, *Heribertus caſtrum Theoderici ſuper Maternam fluuium poſitum, tradentibus illud ſibi quibuſdam, quos ibi ad cuſtodiam* VVALO *reliquerat, recipit, diſpoſitiſque recedit cuſtodibus. Quod audiens Hugo, idem caſtrum quantocius obſidere procurat.*

Anno DCCCCXXXIV. *obſidentibus prænotatam munitionem Rege Rodulfo & Hugone Comite, quarto tandem menſe, aſcendente noctu muros cuſtodibus dormientibus* VVALONE *cum ſuis, pars oppidi capitur: arx tamen tutior ab Heriberti fidelibus retinetur. At Regis militibus inſiſtentibus, non multò poſt obſides dedunt, & ab obſidione diſceditur.*

Anno DCCCCXXXVII. *Heribertus caſtellum, quod dicitur Theoderici,* VVALONE *ſibi aperiente, recipiens, ipſum Vvalonem, cùm jam ſuus eſſet effectus, in vincula coniicit.*

Anno DCCCCXLIV. *Odo Rex Palatium Aquis deueniens cum Lotharienſibus colloquium habuit, vbi Miſſi Regis Ludouici, ſed & Hugonis Ducis Legati ad eum venerunt. Qui Legatos Regis honorificè ſuſcipiens, Legatis aduerſabatur Ducis, donec* MANASSES *quidam Miſſus Hugonis videns Legatos Ludouici valdè legationi ſuæ aduerſos exiſtere, mandata ſibi ab hoc Rege data nuper ad ipſum Odonem perferenda, quæ priùs aperire noluerat, in medium protulit, pandens exprobrationes non modicas, quæ ſibi Rex Ludouicus Odoni Regi perferre*

Digitized by Google

præceperat ; quòd ſcilicet periurus eſſet Odo de iuramentis quæ Ludouico iurauerat, adiiciens & alia indecora nonnulla. Quibus admodum permotus Odo, Miſſos Ludouici, quia verbis MANASSÆ *contradicere non valebant, abiciens, Legatos Hugonis honorabiliter habuit, omneſque ſibi fideles ab auxilio ſeu participatione Ludouici ſeſe ſubmouere præcepit.*

5. AYMON COMTE DE L'AVXOIS & de Dueſmois, & ſes freres, enfans du Comte RAOVL.

Chartes tirées du Chartulaire de l'Abbaye de Flauigny.

992. CARTA VVALTERII *ſanctæ Eduenſis Eccleſiæ Præſulis, qua ad deprecationem* HELDRICI *primi cœleſtis aulæ ianitoris & Apoſtoli Petri, atque Martyris egregij Prejecti Abbatis Cœnobij* FLAVINIACENSIS, *cum fratribus illic ſub norma S. Benedicti degentibus, Abbatiæ prædictæ ſuæ ſedi decenter adnixæ, atque in honore præliatorum Sanctorum fundatæ, decimas ex Capellis, quarum beneficium eſt ex ipſa Abbatia, ad victum & vſum tam Abbatis quàm Monachorum ibi Deo famulantium, Epiſcopalis auctoritate firmitatis concedit. Acta Auguſtiduno feliciter anno incarnationis Dominicæ* DCCCCXCII. *Indictione* V.

Anſcherius Archidiaconus.
HVGO *Abbas & Comes.*
Vvalterius Abbas.
Vncricus Abbas.
Girardus Archidiaconus.
Erpertus Abbas.
Vncbaldus Abbas.
Hugo Abbas.
Ermuinus Abbas, &c.
LANDRICVS *Comes Neuernis.*
Arlebaldus Sinemurenſis.
AYMVS *Comes Alſinſis..*
Erlegius.
Tetbaldus.
Ardraldus.
Anſedeus.
Enricus.
Vvalterius.

Ego frater Flauardus indignus Sacerdos ſcripſi ad vicem Rodulfi Notarij in menſe Martio, anno V. *regnante Rege* ROTBERTO.

1002. ANTIQVORVM *Regum ac Principum fidelium ſanctionibus vbique locorum vulgatam inoleuiſſe ſine dubio credimus, firmiterque tenemus conſuetudinem, vt quicquid poſteritati temporum ſuccedentium mandare cupimus, litterarum adnotationi tradamus. Quapropter omnibus Catholicæ matris Eccleſiæ gremio conſiſtentibus tam preſentibus quàm abſentibus & deinceps ſuccedentibus notum eſſe volumus, qualiter quidam Comes Alſenſis Comitatus nomine* AYMO *aduerſus Monachos S. Petri Flauiniacenſis Cœnobij de ſaluamẽto cuiuſdã villæ nomine Villenæ habuit querelam. De qua villa fratres ipſius Monaſterij cum idoneis teſtibus legali*

Digitized by Google

auctoritate prædicto Comiti fecerunt ſacramentum, quòd nullam aliquis præter Monachos S. Petri in ſaluamento eodem haberet rectitudinem, nec PATER *ipſius vel vno die ex eo veſtitus fuit. Præterea aliarum villarum S. Petri ſanctique Prejecti ſaluamenta tenebat, quæ vocantur his nominibus, Naaliacus & Altaroca, quæ pro amore diuino ſanctique Apoſtolorum Principis Petri, egregiúque Martyris Prejecti, tamdicto loco conſentientibus, laudantibus, ac propria manu corroborantibus* VXORE ET FILII EIVS, *reddidit, ſemetipſum de rectitudine, quam in eis habere videbatur, ab ipſo die exuens, quatinus pro hoc beneficio præſtito, intercedente eodem Apoſtolo ſuorum delictorum à Domino veniam mereretur. Quam dationem ſub vinculo anathematis fecit, vt ſi quis vmquam aliquomodo huic contraire voluerit, cum Iuda proditore Domini æternæ maledictionis ſortiatur vindictam, ſtipulatione ſubnixa. Actum Flauiniaco anno* XV. *regnante Rege* ROTBERTO. *Arenberto Monacho rogatu ipſius Comitis notante,* v. *No. April.*

S. AYMONIS *Comitis qui fieri rogauit & firmari.*

HELINANNVS.	*Hugo.*	*Aldo.*	*Milo.*
VVALO.	*Bericho.*	*Ernulfus.*	*Guido.*
VVALTERIVS.	ERVEVS.	*Gaufredus.*	*Item Guido.*
VMBERTVS.	*Item Hugo.*	*Goteſcalchus.*	*Goteſmannus.*

QVONIAM *iuxta Prædicatoris egregij vocem non habemus hic manentem ciuitatem, oportet nos ſatagere quamdiu in hac conualle lacrymarum peregrinamur, vt quando corruptile hoc & mortale induerit incorruptelam & immortalitatem, omnipotenti Deo in regione viuentium à ſeruitute corruptionis qua nunc detinemur liberati placeamus, & in libertatem gloriæ filiorum Dei transferri mereamur. Lucris etenim mundanis debet omnis Chriſtianus ſecundum ſuum poſſe æterna appetere præmia. Non enim perdet mercedem propriam, qui potum aquæ frigidæ dederit pauperi pro nomine Chriſti. Nempe de elemoſyna ſcribitur, quia ſicut ignem aqua, ſic extinguit peccatum. Idcirco ego in Dei nomine* AYMO *amminiſtrator Reipublicæ Comitatus Alſinſis atque Duſmenſis, memor diuinorum apicum, vt contemplari merear facie ad faciem Deum deorum in Syon, dono* IESV *Chriſto filio eius Regi ſeculorum, & S. Petro edituo paradiſi paradiſorum, Martyrique ac ſacrato Præſuli Prejecto, quorum honore pollet Flauiniacenſe Cœnobium, quoddam Oratorium ex paterna hereditate conditum in memoria S. Germani haud procul ſitum à ſylua quæ dicitur Campus-ſigillatus, cum omnibus appendiciis, quæ ad ipſum dominicalem manſum aſpicere videntur, mãcipiis ſcilicet & ſiluis, terris ſeu manſis cultis & incultis, ingreſſibus & egreſſibus, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus. Siquidem dum proprij corporis robur & plenus vigor fauerent membris, decreueram illuc ſtatuere Cœnobiolum Monachorum. Sed nunc picea morte me profequente, quæ nemini nouit parcere, ſalubrius mihi videtur atque vtilius fore* 1004.

prędictum Oratoriolum Christi Confessoris Germani subdere ditioni Monachorum Flauiniacensium, quàm ibidem athletas Dei per aliquod spacium temporis coacernare, ne forte necessitate coacti quandoque cogantur exire cum dedecore. Iam igitur omnipotenti Deo corpus cum spiritu committens, pastoribusque prędelectis Petro & Preiecto, necnon beatæ Reginæ, vel omnium Sanctorum meritis, quorum patrociniis felix prouehitur Flauiniacensis Ecclesia, dono atque transfundo Cœnobitis ibidem degentibus, vt eorum societatis particeps efficiar in perhenne æuum, prędictum Oratorium cum XV. mansis, & vniuersis rebus illuc pertinentibus, perpetim ad possidendum. Ne verò vmquam instigante diabolo pro largitis Deo donis aliqua altercatio *, nominatim illa quæ tribuo designo. Siluam scilicet quæ dicitur Campus-sigillatus, & illam quæ nuncupatur Litgia ex integro. Et ex saltu qui appellatur Cœpetus, tertium fustem dono. Totam etiam siluam quę dicitur Collis, id est Comma Maurilonis. Adicio quoque quicquid ad cathenam S. Germani pertinet, quæ desuper Pŏciacum est, & quicquid in valle Bosina iure hereditario possidere videor, & mancipia quorum hęc sunt nomina: Hubertus, Vvarinus, Constantinus, & soror eorum nomine Eua, cum omnibus filiis eorum. Raginaldus quoque & vxor eius Altrudis, & filij eorum. Ermenerius, Constantius, Altrudis, Heldigardis, Magna. Hynrichus etiam & Fulcho, & soror nomine Magna. Erueus quoque qui & Valons, & Adelardus cum filiis suis. Qui post capitalem censum, omnis debitus terræ mihi, vt solebant Monachis, deinceps cum coruadis persoluant. Hæc igitur omnia suprà prætaxata, & quicquid ad prædictum Oratorium pertinere videtur, vt jam dixi, Flauiniaco transfundo Monasterio, vt precum prælibatorũ Sanctorum fideliumue Monachorum munitus presidio, in æternum valeam esse cum Christo. Id verò omnibus viribus contradico, & per Dei districtum iudicium prohibeo, ne vllus Episcopus, aut Abbas, vel Monachi, quicquam ex his omnibus quæ prędiximus cuiquam homini causa beneficij dare aut vendere præsumat. Quod si quis præsumpserit, licentiam heredes mei calumniandi habeant & repetendi. Alias verò quisquis mortalium hominum calumpniari temptauerit, siue heres, siue adfinis, seu quispiam hominum, alienareue à S. Petro præsumpserit, anima illius deputetur in profundo tartaro teterrimi abyssi, cum his qui dixerunt Domino Deo, Recede à nobis, & nihil obtineat quod vsurpari voto maligni serpentis oblectat. quin insuper coactus à Principe legum Monachis auri mundi reddat libras XXX. nisi eorum intercesserit clementia. sicque huiusmodi causa omnino obmutescat. Testamentum verò hoc à me & à nostris heredibus atque Proceribus confirmatum tam præsentis quàm æui sequentis omnes diuinæ legis cultores sine dubio cognoscant.

* F. d. oriatur.

AYMO in Christi nomine Comes.

GVALO filius eius.

VVALTERIVS filius eius.

Digitized by Google

HVMBERTVS, GERARDVS, HELINANNVS *nepotes eius.*
Gerardus Archidiaconus Sinemurenſis caſtri.
S. Gerardi Vicecomitis.
Eruei.

Hugonis.	*Chaylus.*
Goteſcalchi.	*Vvarnerius.*
Tetzilinus.	*Leogincus.*
Guntardus.	*Aduinus.*
Hugo clericus.	*Hubertus.*
Otbertus.	*Gyſlebertus.*
Frotmundus.	*Arnulfus.*
Otbertus.	*Albertus Viridis.*

Data die XVIII. *Kalendarum Aprilium, anno Dominicæ Incarnationis* M. IIII. *regni autem Regis* ROTBERTI XVII. *apud Flauiniacum. Laus ſit & honor cunctæ regenti per ſecula cuncta feliciter. Amen.*

IN *nomine ſummæ & individuæ Trinitatis ac viuificæ deitatis, ego* VVALTERIVS *ſacroſanctæ Eduenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Notum eſſe volumus omnibus Eccleſiæ noſtræ filiis & fidelibus, quia dum apud Flauiniacum Cœnobium reſiderem, & pro virium noſtrarum qualitate negocia Eccleſiaſtica, quatinus Chriſto adiuuante vnà cum conſilio noſtrorum fidelium, vtrorumque videlicet Ordinum, ad meliora proueherentur, ordinabiliter perquirerem us, adierunt noſtram præſentiam quondam noſtri fideles,* ARLEBALDVS *miles,* ERVEVS, *&* RAGINALDVS, *noſtram deprecantes ſerenitatem, vt altare S. Geneſij cum decimis ad illud pertinentibus, quod eſt ſitum in Comitatu Alſenſi, in oppido Flauiniacenſis Monaſterij conſtructum, omnibus Monachis S. Petri, videlicet* MILONI *Prælato, & cunctæ Congregationi prædicti Monaſterij per teſtamentum noſtræ largitionis miſericorditer conferre & condonare dignaremur. Nos verò eorum vtillimam efflagitationem deuota mente ſuſcipientes, & obſecrationi conſentientes dedimus prædicto Miloni præfati Monaſterij Præpoſito, omnibuſque Monachis S. Petri Flauiniacenſis Cœnobij, pro amore Dei ac beati Petri principis Apoſtolorum, cui data eſt ligandi atque ſoluendi poteſtas, vt ipſe mihi ſalutem animæ & corporis concedat, & veniam peccati: & concedimus vt præfatæ Eccleſiæ altare cum atrio ſuo & decimis ſuis noſtra auctoritate ſubjectum ſit prædicto Cœnobio S. Petri Flauiniacenſis, omnibuſque eiuſdem loci Monachis. Statuimus ergo, vt ipſum altare cum atrio & decimis ſuis finetenus & perpetualiter Monachi jamdicti loci cum ſumma ſtabilitate teneant, & noſtrum memoriale omniumque ſanctæ Eduenſis Eccleſiæ ſucceſſorum Antiſtitum memoriam oportuna cum oratione agere ſtudeant, ſaluo S. Nazarij obſequio. Denique in Deo & per Deum obteſtamur, & anathematis vinculo alligamus huius paginulæ inſtituto corrumpentem, aut*

Digitized by Google

violare cupientem. Vt hoc donum noſtræ largitionis firmius & ſecurius perſeueret, & hanc inſtitutionem noſtris manibus & omnium Clericorum ac laicorum ſtabilitam, ſancta Synodus recognoſcat.

Valterius Epiſcopus.	*Baldricus Sacerdos.*
Rotdulfus Abbas.	*Vuanincho Archipresbyter.*
Acherius Abbas.	*Seuerius Archipresb.*
Valterius Leuita.	*Beraldus Archipresb.*
Elinardus Leuita.	*Arduinus Archipresb.*
Adhuinus Abbas.	*Richardus Sacerdos.*

Ego Rodulfus Leuita ſcripſi, & ſubſcripſi, datum die Lunis in menſe Ianuario anno XXIII. LOTHARII *Regis.*

6. VVALON COMTE DE L'AVXOIS & de Dueſmois, & Gauthier ſon frere.

Extrait de la Chronique de l'Abbaye de S. Benigne de Dijon.

GARNERIVS, *& frater eius Abdo dederunt alodium ſuum quod conjacet in loco qui dicitur Mortariis in Comitatu Diuionenſi, &c. Vt ergo proprium & commune totum ſimul ad iamdictum S. Benigni transferrent locum, acceperunt à domno* VVILELMO *Abbate & Monachis eiuſdem loci octo libras denariorum. Sicque ex conſenſu vxoris & infantum ipſius Vvarnerij tradiderunt atque condonauerunt præſcriptum allodium proprium ſimul & commune ad denominatum Monaſterium, ſub præſentia domni* BRVNONIS *Epiſcopi, aliorumque illuſtrium virorum. Conſentiente & teſtificante* VVALONE *Comite, & fratre eius* VVALTERIO.

PREVVES

PREVVES DV LIV. II. DE

L'HISTOIRE DE LA MAISON DE VERGY.

5. VVALON COMTE EN BOVRgongne, Seigneur de Vergy, & de Nuitz, fils puiſné du Comte RAOVL.

Chartes tirées du Chartulaire de l'Abbaye de Flauigny.

OMNIPOTENTIS *Chriſti* IESV *ineffabilis liberalitas tantæ pietatis exuberat gratiâ, vt tam munifico quos redemit cruore proprio etiam donet donatiuo; quo pro terreis adquirant cælica, pro perituris finis ignara. Quod animo pertractans quidam miles nobilis ſtemmatis lineâ progenitus nomine* VVALO, *vnà cum ſua iugali nuncupata* IVDITH, *ſimulque rememorans ſuorum multitudinem reatuum, atque ex eis indulgentiam à pio Iudice conſequi deſiderans, dedit aliqua de ſuo beato Principi Apoſtolorum Petro, ſanctoque Prejecto Martyri, ac Monachis Flauiniacenſis Cœnobij, quatinus hanc illius deuotionem ſuis precatibus Domino ipſique æthereo Clauigero commendarent. Ne autem per ſuccedentia temporum curricula aliquorum calumniantium aſtu falſitatis hęc eorum,* VVALONIS *videlicet eiuſque coniugis, donatio eludatur, harum apicum teſtamentum fieri præceperunt, ſuorumque caracteribus onomatum inſigniri. Dedit itaque ſeruos hos S. Petro, Conſtantinum & vxorem eius nomine Heldinſindim, cum infantibus illorum. Arlemannum ſimiliter & fratrem eius. &c. Actum Flauiniaco publicè in menſe Auguſto, anno* III. *regnante* ROTBERTO *Rege.* 990.

S. VVALONIS *qui dedit & firmare rogauit.*

S. IVDITH *vxoris eius.*

S. AYMONIS *Comitis fratris eius, qui conſenſit.*

S. ERVEI *fratris eius alterius.*

Digitized by Google

Milo.
Vvalterus.
Rodulfus.
Aldo.
Hugo.
Gausfredus, &c.

995. IVRE *firmitatis atque ſecuritatis antiquam patrum proſequentes auctoritatem, omnibus tam præſentibus quàm futuris notum eſſe volumus, quia adiit miles quidam nomine* GERARDVS *domni* HELDRICI *Abbatis præſentiam, omniumque fratrum Flauiniacenſis Cœnobij, poſtulans eorum clementiam, quatinus duobus filiis ſuis concederent poteſtatem quandam S. Petri ad ipſum locum pertinentem,* FONTANAS *videlicet nuncupatam, Athoarienſi Comitatu conjacentem, quam & ipſe eatenus tenere videbatur per Cartis donationem. Ergo prænominatus Abbas, cunctique preſcripti Monaſterij fratres, jamdicti viri clariſſimi* GERARDI *ſuſcipientes petitionem, conſentiente domno* VVALTERIO *ſereniſſimo Eduæ ciuitatis Pontifice, conceſſerunt duobus filiis illius* GERARDO *atque* VMBERTO, *necnon vni heredi illorum, qui primus poſt ipſos veſtitus fuerit, preſcriptam Poteſtatem, Fontanas videlicet cum Eccleſia, in eadem Poteſtate ſita, aliiſque duabus Eccleſiis, vna ſcilicet ex villa Domnipetri, aliaque ex villa Acellis nuncupata, cum omnibus appendiciis ad ipſam Poteſtatem pertinentibus, vel quicquid habere videtur de ipſa Poteſtate in villa Fiſcinis Diuionenſe Comitatu conſiſtente, totum prædictis conceſſerunt heredibus, eo tenore & ratione vt quandiu vixerint teneant atque poſſideant, ſoluentes per ſingulos annos feſtiuitate S. Petri* III. *Kal. Iul. in cenſu ſolidos* X. *Quem ſi neglexerint, in duplum componant, & nequaquam perdant. Poſt obitum verò illorum trium heredum redeat præſcripta Poteſtas ad prænominatum Monaſterium, cum tribus Eccleſiis & villa nuncupata Fiſcintias, omnique integritate & melioratione, necnon & cum duobus manſis in villa... conjacentibus, quos ipſe Gerardus volens eam augere de ſua hereditate ipſi appoſuit Poteſtati. Vt autem hæc præſteria per ſuccedentia annorum curricula ſecurior haberetur, litterarum annotatione jamdictus Abbas propriiſque fratres nominibus dignum duxêre corroborari.*

HELDRICVS *Abbas. Amadeus. Letaldus. Letbaldus. Leterius. Gausbertus. Aymo. Rodulfus. Bertuinus. Gausfredus.*

Actum Flauiniaco VIII. *anno regnante Rege* ROTBERTO.

1000. OPORTVNVM *viſum eſt priſcis patribus digitis ſcriptorum tradere, datum ſi quid fuerit religioſis miniſtris Eccleſiæ. Quorum nos morem ſequentes, calamo adſignari omnibus Chriſti fidelibus cupimus, quoniam quidam* MILO *nobili ortus progenie, vt præmium ſibi adquireret cæleſtis gloriæ, ſeu pro ſalute animæ cuiuſdam nepotis ſui nomine* AYMO-

Digitized by Google

NIS *pilo apud caſtrum Grinionem interempti dedit S. Petro & S. Prejecto, Monachiſque Flauiniacenſibus, vt jamdictus eius nepos ante ſuum exitum eiſdem loco ſuæ ſepulturæ donatione qua potuit donauerat,* AYMONE *conlaudante Comite, quendam alodum conjacentem* IN COMITATV BELNENSI, *manſum ſcilicet vnum indominicatum in villa nuncupante Montelia, quem mater ſua* ALGVIDIS *nomine dedit filiæ ſuæ* ELDESNODI *in die deſponſationis ſuæ, & quicquid ad manſum ipſum pertinet. Et in villa quæ dicitur Tridia vnum maſellum & vnum pratum, & omnem terram ad eum pertinentem. Hoc verò cõfirmationis teſtamentum iſdem Milo ſub ſuo nomine fieri petiit, atque ad corroborandum ceteris inibi titulatis tradidit, decreuitque vt ſi quis fratribus præſcripti Cœnobij calumniare præſumpſerit quicquam, ex his nihil euindicet, ſed inſuper coactus* XII. *exſoluat libras argenti; & ſi non reſipuerit, æternaliter pereat diſtricto judicio Dei. Actum Flauiniaco caſtro publicè anno* XIII. *regnante Rege* ROTBERTO, *Aymone ſcribente Monacho atque Priore, ipſo* MILONE *poſcente, menſe Auguſto, his ſtipulantibus.*

MILO.

AYMO *Comes Alſinſis eius conſanguineus.*

Ilerannus.	*Gausfredus.*
VVALO.	*Ingelbertus.*
Aldo.	*Hugo clericus.*
Item Aldo.	*Arnulfus.*
Hugo.	*Item Gausfredus.*
Rodulfus.	*Odolgarius.*
Milo.	

6. *HVMBERT DIT HEZELIN SEIGneur de Vergy & de Nuits, Eueſque de Paris, & GERARD ſon frere Comte en Bourgongne, enfans de VVALON.*

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Flauigny.

CARTA AYMONIS *Comitis Alſinſis atque Duſmenſis, qua Oratorium ex paterna hereditate conditum in memoria S. Germani, haud procul ſitum à ſilua quæ dicitur Campus-ſigillatus, cum omnibus appendiciis quæ ad ipſum dominicalem manſum aſpicere videntur, ſubdit ditioni Monachorum Flauiniacenſium.* 1004.

Cette Charte eſt rapportée entiere cy deuant pag. 46. 47.

AYMO *in Chriſti nomine Comes.*

GVALO *filius eius.*

VVALTERIVS *filius eius.*

Digitized by Google

HVMBERTVS, GERARDVS, HELINANNVS, *nepotes eius*
- *Gerardus Archidiaconus Sinemurensis castri.*

S. Gerardi Vicecomitis.

S. HERVEI, *&c.*

Data die XVIII. *Kalendarum Aprilium, anno Dominicæ incarnationis* M. IIII. *regni autem Regis* ROTBERTI XVII. *apud Flauiniacum.*

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de S. Benigne de Dijon.

1005. IN *nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Diuina fauente clementia* ROTBERTVS *Francorum Rex clementissimus. Notum sit omnibus præsentibus & futuris, quòd adierit* ODO *Vicecomes Belno castri serenitatem nostram, interuentu* OTTONIS *Comitis, & Vualterij Augustudunensis Episcopi, petens nostra auctoritate firmari quasdam res sic nominatas: Villa Empillies sita infra Comitatum qui vocatur Dumensis, cum omnibus appendiciis, terris indominicatis, mansis, campis, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, exitibus & reditibus, mancipiis vtriusque sexus ad eam villam pertinentibus, & cum omnibus consuetudinariis exactionibus, ab iis etiam qui francorum nomine censentur pro debito exigendis, & quod habet in Milleponto villa, in vineis & in terris in Comitatu Belnensi. Item in villa Vallilias vnum mansum ad manendum cum vinea & prato. Item in Polmarco vnam vineam. Insuper Ecclesiam vnam in suburbio Belno castri per centum curricula annorum & eo amplius destructam, ab eo reædificatam in honorem S. Stephani. Prædictas siquidem res vxor eius sibi à parentibus dimissas & diu possessas per Cartalem notitiam cum illo tradidit S. Benigno habendas, ac* VVILLELMO *Abbati, sibique subjectis Monachis. Sed quia prædicta Ecclesia, in qua ab ipso Abbate Vvillelmo Monachorum ordo regularis collocandus est, super terram consistit quam Comes* OTTO *ex nobis tenet beneficiali dono, ipsius Comitis precibus in manibus nostris receptam S. Benigno concedimus propetitione Odonis. Sed quia veracium relatu didicimus, ipsam Ecclesiam S. Stephani antiquitus spaciosam habuisse sepulturam, ipsa petrea sepulcra, quæ in circuitu & circumquaque lõge latéque inueniuntur, testimonium perhibent. Quam sepulturam non minuimus, sed his nouis determinationibus amplificandam distinguimus. Extendat igitur prædicta Ecclesia spacium sepulturæ vsque ad murum castri ex vna parte, ex alia vsque ad cursum aquæ quæ dicitur Bosesis: ex tertia parte vsque ad quadros, ex quarta vsque ad publica strata vbi reliquæ viæ sibi occurrunt. Infra istas terminationes quantum necesse est, sepulturæ subjaceant. Quod verò sepulturæ superfluum videtur, Monachorum inibi Deo seruientium deseruiat vsibus: ea conditione, vt sicut memoratas res per Cartæ traditionem habet, sic hanc terram, in qua Ecclesia sita est, cum rebus per Præceptum regale firmatis, per succedentia*

Digitized by Google

ſecula poſſideat. Statuimus ergo, vt neque Rex, neque Dux, neque Epiſcopus, neque alia perſona cuiuſcumque ſit dignitatis, quicquam de præſcriptis rebus S. Benigno conceſſis auferre præſumat : ſed omnis diſpoſitio, ſicut Cartæ ſe habet relationis ordo, Abbatis & Monachorum ſemper ſubſiſtat arbitrio. Et vt noſtræ confirmationis auctoritas inuiolabilem obtineat firmitatem, manu noſtra, noſtrorumque fidelium ſubterfirmauimus, & ſigillo noſtro inſigniri iuſimus.

S. ROTBERTI *Regis.*
S. Vualterij Epiſcopi Auguſtudunenſis.
S. Fulconis Epiſcopi.
S. OTTONIS *Comitis.* Sauſſ.
S. Vidonis Comitis.
S. Hugonis Comitis.
S. Rodulfi Comitis.
S. Rainaldi Comitis.
S. Burchardi.
S. Odonis Vicecomitis.

Data VIII. *Kal. Septembris anno ab incarnatione Domini* MV. *Indictione* III. *Epacta* VII. *regnante* ROTBERTO *Rege anno* X. *&* VII. *Actum apud Aualonem caſtrum in obſidione.*

Extraits de la Chronique Ms. de l'Abbaye de S. Benigne de Dijon.

ODDO *Vicecomes filius* HEINRICI *Ducis dedit S. Benigno quandam Eccleſiam ſitam iuxta muros caſtri, quod dicitur Belnina * antiquitus in honore S. Stephani ſacratam, ſed iam per multa curricula annorum deſtructam. Quam ipſe, & vxor eius* HINGADA *dicta, à fundamentis in ampliorem ſtatum reædificantes, Abbatis Villelmi, ac Diuionenſium Abbatum prouidentiæ perpetuò dederunt. Et vt Monachis ibi commanentibus non deeſſent ſtipendia, dedit ad ipſum locum in Comitatu Duſmenſi villam Empilliacus-ſiccus vocatam, cum appendiciis omnibus & conſuetudinariis exactionibus, ab his etiam qui francorum nomine cenſentur pro debito exigendis. Dedit in Milleponto villa terras arabiles, & vineas in Polmarco, in Vallilias manſum ad manendum, vineas, & prata. Et vt donatio iſta perpetualiter maneret,* ROTBERTI *Regis Francorum, interueniente domno Vualterio Epiſcopo, in cuius dioceſi erat memoratus locus, &* OTTONE, *ad cuius beneficium pertinebat, Comite, petiit regali Præcepto firmari, ad nomen * S. Benigni iure perpetuo poſſidendum. Factum eſt hoc Præceptum anno incarnati Verbi* MV. * Belna.

ANNO *ab incarnatione Domini* MXII. *Villelmus Abbas Diuionenſis, & Amadeus Flauigniacenſis Abbas fecerunt commutationem inter ſe de terris. Dedit memoratus Abbas Amadeus de Abbatia S. Petri quicquid habere dignoſcebatur in villa Dianeto, & Villa-Comitis, & in alia villa Salice dicta, & villa Karli, & villa Icio, & in Mariaco,*

Digitized by Google

& in villa Tarſu, & in villa Meleis, cum omni familia vtriuſque ſexus, & omnibus appendiciis. Econtra dedit domnus Abbas Vvillelmus quicquid erat ex Abbatia S. Benigni & S. Stephani in villa Empiliaco ſicco dicta, quod olim ODO *Belnenſis Vicecomes ex conſenſu vxoris ſuæ nomine* INGÆ, *& filiorum eius* AQVIONIS *Abbatis, &* IOANNIS, *ad jamdictum locum S. Benigni prædium delegauerat, quod vicinum erat Abbatiæ S. Petri Flauigniacenſis. Illud commutatum eſt cum ſeruis & ancillis, & omnibus appendiciis ſuis, atque reditibus, per laudem & aſſenſum domni* BRVNONIS *Lingonenſis, atque domni Vvalterij Epiſcopi Heduorum, ad quorum dioceſes pertinebant præfatæ Eccleſiæ.*

Extraits de la Chronique de l'Abbaye de S. Benigne de Dijon.

OTTO *Comes cognomento* VVILLELMVS, *ſupplicante domno* VVILLELMO *Abbate, qui ei propinquitate jungebatur, dedit S. Benigno in Salinis burgo ſedem vnius calderiæ. Sequenti tempore domnus Arnulfus, & Monachi Diuionenſis loci emerunt aliam calderiam à cõiuge ipſius Comitis per laudem filij eius* RAINALDI. *Dederunt etiam Vvillelmus ipſe, & filius eius ſupradictus R. ſancto Benigno terras conjacentes in his locis, in Cernenſi villa, & in Dernone, ſcilicet terras arabiles & prata, vbi poſſunt ſecari fœni quinquaginta carra. Eſt in Dernone vnum pratum quod poſſunt ſecare falces centum, & debet in cenſu ſolidos* VIII. *multones* III. *ſcindulas c. Et in alio loco Callis vocato pratum alterum cum ſilua ibi permixta. Dedit idem ipſe Comes* OTTO *S. Benigno poteſtatem Viuarienſis villæ pro anima* HEINRICI *Ducis, qui eum loco filij adoptauit, & genitricis ſuæ* GERBERGÆ *vxoris prædicti Ducis, ac filij ſui* VVIDONIS, *&* HERMENTRVDIS *conjugis, proque animæ ſuæ ſalute dedit prædictam Poteſtatem cum appendiciis ſuis, ſicut dono prædicti Heinrici & vxoris eius, ſuæ verò genitricis Gerbergæ ſibi datam legaliter tenuerat annis* XXX. *ita integram vnà cum Eccleſiis in ea ſitis, vnam in honore S. Mariæ, alteram iuxta poſitam S. Petri Apoſtoli nomine ſacratam, & villis ac terris multis, ſcilicet in Croherco, in Grugiaco, in Frigida-villa, in Columbario, in Luſiniaco, in Curte-Romaniſca, in Deſtagno, in Cadiniaco, in Milleponto, in Turiaco, in Albania, in Cariaco, in Villa-Comitis, vel in aliis quibuſcumque locis, cum mancipiis vtriuſque ſexus plurimis, & omnes reditus & conſuetudines quas debent ipſi ſerui & ancillæ, & etiam illi qui francos ſe dicunt, deſuper ipſam Poteſtatem commanentes vbicumque. Facta eſt hæc donatio anno ab incarnatione Domini noſtri* IESV CHRISTI MIIII. *Indictione* II.

HILGELBERTVS *quidam miles de villa Milleponto dicta veniens ad obitum, Monachuſque factus in hoc Cœnobio, dedit S. Benigno in Comitatu Auguſtudunenſi villam Brueriam dictam cum omnibus appendiciis ſuis circumquaque jacentibus, hoc eſt in villa Ademni manſum indo-*

Digitized by Google

minicatum cum appendiciis ſuis, & ſeruo ac filiis: & in villa Mardelco atque in Barbariſco, & in Poliaco, nec non in Vinſiaco. Anno ab incarnatione Domini MVII. *facta eſt hæc donatio. Dedit & in villa Vallungiis manſum vnum cum appendiciis ſuis coram* BRVNONE *Epiſcopo,* VVILLELMO *Comite,* RAINALDO *Comite ipſius filio,* OTTONE *Comite filij eius* VVIDONIS *filio.* 1007.

Eo tempore mortuus eſt OTTO *qui &* VVILLELMVS *dictus eſt, Comes, anno* MXXVI. *& in hoc S. Benigni Monaſterio ſepultus, vbi & filius eius Comes* VVIDO *ante aliquot annos tumulatus jacebat. Hic pro multis in hoc loco conlatis beneficiis aliqua ex parte à nobis deſcriptis promeruit, vt ſemper memoria ipſius agatur ab huius loci Monachis.*

Dedit prædictus Comes RAINALDVS *in burgo Salinis locum ad Eccleſiam conſtruendam, in quo extructa fuit Eccleſia in honore S. Andreæ Apoſtoli, &c. Actum eſt hoc anno* MXXVI. *ab incarnatione Domini, poſt mortem* VVILLELMI *Comitis, qui ipſo anno obiit.*

Chartes tirées de la Chronique de l'Abbaye de S. Pierre de Beſe au dioceſe de Langres.

IN *nomine Domini Dei & Saluatoris* IESV *Chriſti,* BRVNO *diuina diſponente clementiâ ſanctæ Lingonenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus. Si locis omnibus, & præcipuè ſacris, eorumque Rectoribus noſtræ indignitati diuinitus commiſsis in ſibi neceſſariis prout valemus piè & opportunè conſulimus, eorumque anxietatibus ſollicita curâ ſubuenimus, non ſolùm in hoc venerabilium & Domino deuotorum Pontificum piorumque Paſtorum vſum & conſuetudinem exequimur, ſed etiam ſaluti animæ noſtræ prouidemus. Idcirco nouerit omnium Eccleſiæ noſtræ & noſtri ſolertia, quòd veniens domnus Abbas* VVILLELMVS, *quem ob ſanctitatem & venerabilem religionem loci in noſtra dioceſi manentibus Diuionenſi atque Beſuenſi amanter præfecimus, inſinuauerit nobis quaſdam res de ipſis Abbatiis interſe neceſſe eſſe reddendi cenſus gratiâ transferri, noſque id laudare, & omnimodò conſentire debere. Cuius prouidentiam & laudabilem diſcretionem non ſolùm laudauimus, ſed etiam vt ſecundum ſuum velle locorumque neceſsitatem id accelerare deberet, attentè monuimus. Sumptum eſt itaque de Abbatia S. Petri Beſuenſis, & coninctum Abbatiæ beati Benigni Diuionenſis quicquid habere dignoſcebatur in Bruciaco villa: eo tenore vt omni anno* VIII. *modios vini ante feſtiuitatem S. Prudentij in cenſum reddant, & quicquid ſuprà diximus perpetualiter Monachi beati Benigni poſsideant, &c. Et vt hoc per ſecula inconuulſum permaneat, manu noſtra ſubterfirmauimus, & vt à pluribus firmaretur rogauimus.*

S. BRVNONIS *Epiſcopi.*
S. Lamberti Præpoſiti.
S. Teudrici Archidiaconi.

Digitized by Google

S. Beraldi Archidiaconi.
S. Vvidonis Presbyteri.
S. Teudonis Archiclaui.
S. Vvidonis Archidiaconi.
S. Beraldi Hypodiaconi.
S. Odonis.
S. Amelij.
S. BRVNONIS *pueri.*
S. HVMBERTI *pueri.*
S. Niuardi.
S. Gozelini.

1008. CONSIDERANS *ego Lingonenſium* BRVNO *Epiſcopus officij mei negligentiam in damnationem animæ meæ cedere, iuxta ſenſus mei modum elaboraui Eccleſiis Domini Prouiſiores efficere, qui in eis talentum verbi diuini diſſeminantes mecum pariter de eo ipſi Domino* IESV *Chriſto lucrum reportantes, æternæ vitæ remuneratione ditarentur. Volui igitur Eccleſiæ Beſuenſi domnum* GVILLELMVM *virum religioſiſſimum Abbatem præeſſe, qui dum in ea cuncta regulariter ac religiosè diſponeret, intelligens propria in quibuſdam non ſatis ſufficere queſiuit ab Eccleſia Lingonenſi Eccleſiæ Beſuenſi aliquid ad luminarij opus conferri. Cognoſcens itaque petitioni viri Domini non eſſe contradicendum, cum conſilio totius Capituli Lingonenſis ſtatui, vt de Eccleſiis à ſex leugis vltra infra à Beſua tempore Rogationum omnes tam viri quàm mulieres cum oblationibus ad ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina conueniant. Illud quoque non otiosè mecum reputans, quia cùm tempore eodem Lingonas venire deberent, alij longitudine viæ, alij imbecillitate corporis, ſeu aliquibus aliis occaſionibus retardati pabulo Dominici verbi, & peccatorum remiſsione, quam ibi deberent accipere, fruſtrabantur. Veniant igitur illò tempore ſtatuto, & de peccatis ſuis veniam poſtulantes, ab eis quorum linguæ claues cœli factæ ſunt, à Monachis illic Deo ſeruientibus, de ſalute animarum ſuarum admoniti, facta abſolutione, & data benedictione, læti reuertantur in pace, &c. Et vt hoc per ſecula inconuulſum permaneat, manu noſtra ſubterfirmauimus, & vt à pluribus firmaretur rogauimus.*

S. BRVNONIS *Epiſcopi.*
S. Guillelmi Abbatis.
S. Lamberti Præpoſiti.
S. Geraldi Archidiaconi.
S. Teudrici Archidiaconi.
S. BRVNONIS *Archidiaconi.*
S. Teudonis Archiclaui.
S. Vvidonis Archidiaconi.
S. Amelij.

S. Vvidonis

Digitized by Google

S. Vvidonis Presbyteri.
S. Geraldi Hypodiaconi.
S. Niuardi.
S. Gocelini, & aliorum multorum.

Ego Airardus Cancellarius scripsi, & cum ceteris laudator & roborator extiti.

Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini MVIII. *Indictione* VI. *Epacta* XI. *Concurrente* IIII. *regnante* ROBERTO *Rege, & domino* BRVNONE *sedem Lingonicam tenente.*

CVM *apud Lingonicam Sedem nostram ego in Dei nomine* BRVNO *Episcopus, nostrique Archidiaconi collecta dioceſis nostræ filiorum multitudine generalem ageremus Synodum, adiit præſentiam nostram quidam Monachus Beſuenſis Monaſterij nomine Benedictus, prænonſtrans Cartulam quam ante fecerat miles quidam nomine* GIRARDVS *ex conſenſu vxoris ſuæ nomine* GERTRVDIS, *& filij ſui* HVMBERTI, *reddens ad jamdictum locum decimas cuiuſdam Eccleſiæ in Comitatu Autoarienſi, Noua ſcilicet villa, ſub honore S. Prudentij conſecratæ. Quam videlicet Cartulam omnes pariter audientes firmauimus atque laudauimus. Et quia eadem Eccleſia in prædio præſcripti Monaſterij erat conſtructa, decreuimus atque ſtatuimus vt decimæ ipſius omni tempore iure hereditario ad idem deuenirent Monaſterium, nullo de noſtris ſucceſſoribus, neque de heredibus prædicti Girardi contradicente, neque calumpniam faciente. Si quis hoc teſtamentum calumpniatus fuerit, repetantur ab eo cuncta delicta vſque ad nouiſſimum quadrantem. Actum publicè Lingonis. Nomina teſtium qui hoc firmauerunt teſtamentum, Lambertus Præpoſitus, Teudo Abbas & Archidiaconus, Beraldus Archidiaconus, alter Beraldus Archidiaconus,* BRVNO *Archidiaconus nepos domni* BRVNONIS *Epiſcopi.*

Extrait de la Chronique Ms. d'Aymar de Chabanois.

Per hoc tempus (quo ſcilicet Geraldus Epiſcopus Lemouic. nouiter in- 1013.
tronizatus Romam abierat) VVILLELMVS *cognomine* BVCCAVNCTA *Comes Matiſconenſis caſtellum ædificauit contra Cluniacenſe Monaſterium propter ſuperandum* HVGONEM *Comitem. Pro quare eum diuina cenſura percuſſit, vt nullomodo deinceps erectus greſſum ageret. Et paucis interpoſitis diebus, Hugo Comes ſubitò ipſum caſtrum vi cepit, atque ſolo coæquauit.*

Extrait de la Chronique de S. Benigne de Dijon.

ANNO *ab incarnatione Domini* MXIV. *domnus Epiſcopus* BRVNO 1014.
obiit, II. Kal. Februar. peractis in Epiſcopatu annis XXXV. *Cui ſucceſſit* LAMBERTVS *Epiſcopus, in cuius diebus quidam Archidiaconus Lingonenſis Eccleſiæ, Pariſiorum poſtea Epiſcopus,* HVMBERTVS

Digitized by Google

nomine, Abbatiam S. Amatoris ſitam ante mœnia ipſius vrbis, quam beneficij jure tenebat à Preſule memoratæ Sedis, obtulit ſancto Benigno per donum & laudem prædicti Epiſcopi Lamberti, quatinus ibi Monachi ſisterentur, qui Deo hymnis & laudibus die noctuque deſeruirent, &c.

HENRICVS *quidam Clericus de nobilibus dedit S. Benigno Priſceram villam ſuam cum Eccleſia inibi ſita, in præſentia* LAMBERTI *Epiſcopi, & Archidiaconorum ipſius, Beraldi,* HVMBERTI, *Gerardi, Odonis, & aliis quampluribus tam clericis quàm laicis adſtantibus, atque Vuillelmo Abbate cum ſuis Monachis. Actum anno ab incarnatione Chriſti* MXX.

Extrait de la Vie Ms. de Garnier Preuoſt de l'Egliſe de S. Eſtienne de Dijon, qui mourut l'an ML.

POST *decem & nouem annos obeunte Ludouico, ſucceſsit in regnum filius eius Lotharius, qui* XXV. *regni ſui anno comperiens defunctum* VVIDRICVM *Lingonenſem Epiſcopum,* BRVNONI *cognato ſuo adhuc adoleſcenti Lingonenſis vrbis dedit Pontificatum. Nam* XXIII. *ætatis ſuæ anno à Burchardo Lugdunenſi Archiepiſcopo in Eccleſia S. Stephani ſacratus* XXXV. *annos in Epiſcopatu peregit. Cuius conſecratio, & in Lingonenſi cathedra receptio fuit ab incarnatione Domini anno* DCCCCLXXXI. *Indict.* IX. Et peu apres, HVGONE *Rege deficiente, totius regni Monarchiam Robertus ſolus obtinuit. Hic vnum filiorum ſuorum Henricum nomine in regnum Franciæ, alium nomine Robertum in Ducatum Burgundiæ ſublimauit. Ex eo tempore caſtrum Diuion ab Epiſcopis Lingonenſibus antè poſſeſſum in poteſtatem & principatum Ducatus deuenit. Imminente denique hoc volubili & tempeſtuoſo tempore Dominus Humbertus de Malleio, & venerabilis vxor eius Anna huius prouinciæ nobiliores, cuſtodiam Diuionenſis caſtri & regimen terræ à Comite Bellimontis* HVGONE *tenebant, principante ſecum ſuo conſanguineo Guidone agnominato Diuite Diuionenſi Vicecomite. Ipſe enim Hugo Comes dominium terræ ab Epiſcopo Lingonenſi tenebat, quod præfatis viris nobilibus tradiderat. Quod in tanta vinacitate tenuerunt, vt cùm Rex Robertus & coniux eius Conſtancia prouinciam hanc ſæpiùs attereret, eius impetum omninò nihil penderent.* BRVNONE *namque Epiſcopo ſuperſtite, in Diuionenſi poteſtate Rex nihil habebat, quam ſucceſſor ipſius* LAMBERTVS, *vt fertur, pro adeptione Epiſcopatus Regi conceſsit. Idem itaque Robertus Monarchiam regni ſolus obtinens, cùm audiſſet in partibus iſtis quoſdam exiſtere, qui circumquáque res alienas violenter rapientes, vt liberiùs impunèque retinerent, firmitates & caſtella noua ſibi conſtruxerant, cum copioſo vt Regem decebat exercitu Miribellum ad expugnandum & diruendum aduenit. Erat enim illud vna ex manſionibus raptorum. Quod & Deo fauente in breui effecit.*

Digitized by Google

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de S. Benigne de Dijon.

IN *nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & vnicæ Deitatis,* ROTBERTVS *propiciante diuina clementiâ Francorum Rex. Cùm regni nostri frueremur quieta pace, Excelsum regnis hominum dominari, & eadem ab eodem transmutari reminiscentes, vtque placet, vel superponi quemlibet in eis, vel deiici mentis intuitu contuentes, iustis petitionibus, & præsertim locorum sanctorum, aurem libenter accommodabamus; posteritatis nostræ prolem, si idem senserint, in honore stabiliri non dubium habentes. His itaque occupato studiis, Præsul Lingonensis vocabulo* LAMBERTVS *nos adiit, nostram humiliter deposcens serenitatem, quatinus S. Benigni Abbatiam secus Diuionense castrum sitam Præcepti nostri auctoritate muniremus, quæque etiam pertinentia sublimitate corroboraremus, necnon saluamentum circumadjacentium villarum ex nostro adderemus. Intermiscuit se interea* HVGO *Comes Cabilonensis huic petitioni, vt pote custos eiusdem loci. Quod omninò decernentes nobis proficuum & vtile, voluntati eorum statuimus satisfacere. Vt igitur chorus sanctæ Congregationis Monachorum inibi Deo famulantium deuotè succiduis temporibus nos nostramque prolem ipsi commẽdet assiduis precibus, cuncta quæ* KAROLI *Imperatoris præceptione, siue omnium nostrorum prædecessorum Regum, seu quorumcumque fidelium dono acceperunt, aut accepturi sunt, auctoritate Regia, nostrique Præcepti scripto confirmamus. Et quàm maximè de claustri eorum inuasione, quod omnino, vt nostri Antecessores, iubemus esse liberum cum burgo & mercato, pariterque districto, nec quicquam à torrente, qui Sancti castrique causam diuidit, abs quolibet accipi, vel auferri, seu cuicumque vim inferre sine præcepto liceat Monachorum. Nomina autem saluamenta reddentium sunt subtus notata, Lariacus, Bicisus, Quintiniacus, Cromacus, Sulliacus, Aguliacus, Rufiacus, Aschiriacus, Bargas, Prouisus, Colonicas, Plũberias, Escuntias, Gironus, Corcellas, Tremolendus, Villarius, Primenius, Lentiniacus, Distus, Longouicus, Saciacus, Siliacus, Asnerias, Corcellas, Norgias, Asiriacus, Dinantus, Mercenniacus, Pamerias, Fedeniacus, Vlgias, *Dusmus, *Nerron, Salone, Mißiniacus, Sauiniacus, Spaniacus, Villa-Karli, Villa-Comitis, Curte-Arnon, & ceteræ cum appendiciis saluamentum reddentes. Si quis autem tantæ nostræ auctoritati obuiare, & donationem legaliter patratam qualibet occasione tentauerit effringere, non præualeat in his quæ cupit locum habere, sed nouerit se compositurum auri libras mille, medietatem præscripto Monasterio, & medietatem nostræ Cameræ. Vtque hoc veriùs accipiatur, & diligentiùs obseruetur, manu propriâ corroborantes sigillo nostro insigniri iußimus, necnon à fidelibus nostris præsentibus confirmari legaliter censuimus.*

1015.

al. *Dusmisus.*
al. *Neronus.*

S. ROTBERTI *Regis gloriosißimi.*

Digitized by Google

CONSTANCIA *etiam Regina conſocia noſtra cum filiis noſtris* HEINRICO *tunc Duce, atque* ROTBERTO *laudauit.*

S. Lamberti Epiſcopi.

S. Ioffridi Epiſcopi Cabillonum.

S. HVGONIS *Comitis & Epiſcopi, eiuſdem loci Prouiſoris.*

S. Azelini Laudunenſis Præſulis.

S. Beraldi Epiſcopi Sueßionum.

S. OTTONIS *Maſticonenſis Comitis.*

S. Rainaldi Niuernenſis Comitis.

Data VIII. *Kal. Februarias anno ab incarnatione Domini* MXV. *Indictione* XIII. *Epacta* XVII. *regnante Rotberto* XXVIII. *anno. Actum Diuione feliciter, amen.*

BALDVINVS *ſacri Palatij Apocriſiarius poſtulatus recognoui & laudaui.*

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de Flauigny.

1017. QVIA *conſtat vniuerſalis ſtatum Eccleſiæ pro meritis ſubiectorum atque rectorum ſumere detrimentum ſui vel incrementum, idcirco cernere eſt ſepenumero quædam Monaſteria aliquoties fauente bonorum omnium auſpice Chriſto multigena augmentatione indies ad meliora prouehi, aliquando verò aduerſante illo, de quo Dominus ait, Qui non eſt mecum contra me eſt, & qui non colligit mecum ſpargit, ad deteriora deici. Hinc eſt quòd quædam loca, quæ regularis quondam tenore feruoris, & temporalis opulentiæ bonis pollebant, nunc ſtatum priſtinæ dignitatis amiſiſſe, & penè funditus euerſa eſſe perſpicimus. Quorum ruinę Paſtores ſanctæ matris Eccleſiæ, vt potè illius ſummi Paſtoris membra, qui nouit ruinoſa reſtaurare, congregare diſperſa, pro viribus debent concurrere, ac ſupplementum ſui iuuaminis omni ſollicitudinis vigilantiâ exhibere. Huius conſiderationis cura inſtanti peruigil atque ſollicitus domnus* VVALTERIVS *Eduorum Præſul Monaſteria ſui Epiſcopatus ditioni ſubdita pro Dei amore atque honore, cum regulari b. Benedicti inſtitutione imbuere, tum etiam bonorum preſentium ſtipendiis ſagaci induſtria quantum valuit ſtuduit augmentare. Cumque his tam pijs actibus ingiter indefeſſus operator inſiſteret, animaduertit inter cetera quoddam Cœnobiolum* COLCHAS *nuncupatum, quod etiam olim magno honore ſimul & religione floruerat, ita penitus euerſum, vt nullus inibi Monachorum, nullus maneret Canonicorum, præter vnum, qui ibidem Miſſam celebrare erat ſolitus, Presbyterum. Itaque quia pia intentione, religioſaque ſollicitudine ſtatui vnde deciderat illud cupiebat reformare; ſed quoniam à præceſſoribus ipſius Epiſcopi in beneficio ſecularibus ac potentibus viris erat diſtractum atque datum, nequaquam abſque eorum aſſenſu valebat effectui operam dare: Tandem fuit conſilij vt per laudationem* HVGONIS *Cabilonenſis Comitis, cuius beneficium*

Digitized by Google

erat prætaxatum Monaſteriolum, interim Abbati vel Monachis Cœnobij Flauiniacenſis ad reſtaurandum committeret, temptaturus in reliquum maiora reparationi ſeu meliorationi eiuſdem loci proficua, ſi id ei ſuperſtite vita ſuperna concederet gratia. Sed quia vitam illius mors liuida nobis abſtulit, nec cœpta perfectioni tranſmittere valuit, idcirco ego HELMOINVS Auguſtidunenſis Epiſcopus ſucceſſor ipſius, pia huius cœpti auſpicia, quæ iſdem domnus VVALTERIVS anteceſſor & ſenior meus ſtuduit inchoare, cupio omnipotentis fauente miſericordia Conditoris, cum conſilio & adiutorio jamdicti domni HVGONIS Comitis ad finem vſque deducere. Cùm verò ſollicita mentis cura pertracto, qualiter huius negocij efficientiam meliori fine peragam, illud vel maximè ad hoc opus virium fortitudinem mihi videtur eximere, dum perpendo terras vel Eccleſias ad eundem locum pertinentes ita diuerſis in partibus in multorum beneficio traditas & diſtractas, vt nullatenus his poſſint auferri, quorum ſubiacent ditioni. Quocirca quoniam penitus ita eſt deſtitutum atque deſtructum, quo jam per ſe ſine alterius leuaminis ſolatio nequeat ſtare, nullum melius inuenire potui conſilium, quàm vt Cœnobio Flauiniacenſi, quod miſerante omnipotentia Creatoris S. Benedicti pollet inſtitutis, quodque noſtri Epiſcopij adnectitur Sedi, illud perpetuo iure ſubderem atque conferrem: vt ſcilicet tam Abbas quàm Monachi eiuſdem Monaſterij per ſuccedentis æui metas ſub ſui regiminis poteſtate & dominatione id habeant, reſtructionemque, aut reſtaurationem eius agere ſummo ſtudio procurent. At verò ad peragendum tam laudabile opus dapſilis liberalitas prænominati domni HVGONIS Comitis nobis non defuit. Sed inſuper, vt diximus, quia de eius beneficio erat, ipſe obnixis petitionibus, vt huius teſtamentum auctoritatis facerem poſtulauit. Cuius fauore, necnon Canonicorum S. Nazarij, ſiue aliorum noſtrorum fidelium laudatione fretus, necnon venerabilis Abbatis AMADEI humilis ſupplicationum precibus adſtrictus, ſtatuo atque confirmo per hoc priuilegium noſtræ auctoritatis, quatinus ſine alicuius falſitatis vel calumniæ jactura ſub regiminis dominio Patris ſeu Monachorum prædicti Flauiniacenſis Monaſterij prælibatus locus S. Georgio Chriſti teſtificatus, qui COLCHAS dicitur, ſine tenus permaneat ac perſeueret, cum omnibus videlicet quæ ad præſens inibi haberi videntur; vel in futuris temporibus tam Prælati Flauiniacenſes quàm alij homines ibidem donauerint, vel quolibet modo adquirere poterint. Quòd ſi quis huius noſtræ auctoritatis firmitati aliquo modo niſus fuerit refragari, hic talis perpetuo anathemate multatus, eliminatuſque à cœtu fidelium, æternæ damnationis ſubeat ſupplicium.

Actum Auguſtiduno.

HELMVINVS Epiſcopus qui fieri iuſſit, & firmari rogauit.

ROTBERTVS gratiâ Dei Rex Francorum firmator extitit, filiuſque eius ENRICVS.

HVGO Epiſcopus Autiſſiodorenſis.

Digitized by Google

Lambertus Epiſcopus Lingonenſis.
Gausfredus Epiſcopus Cabillonenſis.
Beraldus Epiſcopus Sueßionis.
Gauzlinus Epiſcopus Matiſconenſis.
Hugo Epiſcopus Neuernenſis.
Aganus Abbas.
Hugo Abbas.
Ainaldus Archidiaconus.
Anſeiſus Decanus.
Gausfredus Abbas.
Albuinus Præpoſitus.
Guido Abbas.
Richardus Archidiaconus.
Erbertus Abbas.
LANDRICVS *Comes.*
OTTO *Comes nepos Hugonis Epiſcopi.*
TETBALDVS *Comes nepos ipſius Epiſcopi.*
Gerardus Sinemurenſis.
Vvalterij ſigniferi.
Raginardi.
Anſedei.
Lamberti.
Hugonis.
Eruei.
Achemdei.
Himmarus, Salecherius, Rotgerius, Ayrardus.

Anno notati Regis ROTBERTI XXX. *Guillelmo ſcribente vice Raginaldi Cancellarij.*

Chartes extraites de la Chronique de l'Abbaye de Beſe.

1019. *Ego* LAMBERTVS *Dei gratiâ Lingonenſis Eccleſiæ Præſul. Notum iri volo cunctis ſanctæ Chriſtianitatis filiis, præſentibus & futuris, quòd* GIRARDVS *Fontiſuennæ caſtri dominus ante prædictum caſtrum Monaſterium in honore & memoria S. Sepulchri ac ſanctæ Mariæ ſemper Virginis ædificare volens, ibi Monachos qui ſemper Domino ſeruiant locare diſpoſuit. Ad clauſtrum quoque & officinas, ad hortum & horrea, & ad cuncta neceſſaria ipſius loci componenda dat eis terram ab vlteriori ripa Vennæ aquæ, quæ eſt Lingonis venientibus ad caſtrum ſiniſtra, vſque ad ſyluam quæ eſt eiſdem dextera. De altera verò parte à cruce quæ fixa eſt in media calmâ, vſque ad ipſum caſtrum per viam quæ ducit ad ſiluam. Et quia ipſum caſtrum cum adjacenti terra de caſamento noſtrę dioceſeos noſcitur eſſe, per laudamentum noſtrum concedit S. Mammeti commutationem prædictæ terræ apud Artionis-curtem vil-*

Digitized by Google

lam, quam de hereditate GERTRVDIS *vxoris ſuæ contigit habere. Quam etiam terræ commutationem pro remedio animę meæ prędictæ laudo Eccleſiæ, vt & ipſe particeps fiam elemoſynæ. Vult autem prædictus Girardus hunc locum tali conuentione conſtruere, vt in ſubiectione atque diſciplina S. Petri Beſuenſis, atque Abbatis ipſius Eccleſiæ permaneat omni tempore. Similiter quicquid ipſi loco ad præſens dat, & quicquid in futurum dederit vita comite, & ceteri quique fideles pro remedio animarum ſuarum voluerint impartire, in prędictę Abbatiæ Beſuenſis ſemper ſubſiſtat ditione. Rogat etiam me obnixè Epiſcopali auctoritate confirmare, vt omnium fidelium defunctorum militum corpora, quæ ab hoc Fontiſuennæ caſtro ad Beſuam, vt conſuetudo eiſdem, non potuerint portari, in Cimiterio iſtius loci à me conſecrato conſuetudinaliter tumulentur. Cuncti etiam, qui intra caſtellatum, vel in ipſo ambitu & receptu caſtellati mortui fuerint, in prędicto ſanctæ Mariæ Cimiterio perpetua obſeruatione ſepeliantur. Cuius petitionis intentionem fidelem & deuotam intelligens, libenter cum conſenſu omnium Archidiaconorum & aliorum fidelium quod poſcit annuo & confirmo, & S. Petro Beſuenſi illum locum laudo, & inſuper hanc literarum Notitiam fieri iubeo, quam etiam propria manu firmo, &c.*

Ego LAMBERTVS *Lingonicæ Sedis Epiſcopus, vt ſit memoriale ſeculis hanc Cartam fieri iuſſi, & ſignaui.*

BERALDVS *Sueſſionis ciuitatis Epiſcopus ſignauit.*
Beraldus veteranus Archidiaconus & Abbas ſignauit.
GIRARDVS *Comes Fontiſuennę ſignauit.*
BRVNO *Archidiaconus ſignauit.*
Girardus Diaconus ſignauit.
Alius Girardus ſignauit.
HVGO *Comes ſignauit.*
Odo Archidiaconus & Abbas ſignauit.
Vido ſignauit.
Rotgerius ſignauit.
Hugo Capellanus ſign.
Item Hugo ſignauit.
Rainoldus ſignauit.

Acta publicè Lingonas anno ab Incarnatione Domini MXIX. *Indictione* II. *Epacta* XII. *Concurrente* III. *menſe Maio, regnante* ROBERTO *Francorum Rege.*

Ego Odolricus dictaui, ad vicem Beraldi Cancellarij die Iouis ſcripſi, & ſubſcripſi.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, videlicet Patris, & Filij,* 1022.
& Spiritus ſancti. Ego LAMBERTVS *gratiâ Dei Lingonenſium Præſul notum cupio fore omnibus Chriſtum Dominum verè credentibus, quòd cùm quadam die eſſem apud Lingonas, & pro modulo cum meis tractarem clericis ſimul & Catholicis laicis de ſtatu ſanctæ matris Eccleſiæ*

Digitized by Google

confirmando, & de religionis deprauatæ vigore recuperando : Ecce quidam Beſuenſis Cœnobij fratres meis ſeſe preſentauêre obtutibus, ſupplicibus efflagitantes precibus, quo eorum neceſsitudini caritate fraternitatis compatiens, altare Eccleſiæ Helprici-curtis concederem ad ſupplementum preſentium ac futurorum fratrum. Cuius petitionis imploratione audita incunctanter ſtudui rebus adimplere, quoniam ſubſidio fulciebatur mercedis futuræ. Conſentientibus itaque Lingonenſium Eccleſiæ clericis pariter ac fidelibus laicis, B. videlicet Prepoſito, necnon & L. Archidiacono, in cuius ſupradictum eſt altare miniſterio, Beſuenſi Eccleſiæ prælibatum altare æterne retributionis gratiâ ad fratrum relenandam neceſsitudinem tradidi: ea conditione vt obſequia noſtræ Sedi debita temporibus congruis perſoluantur. Inter cæteros præſens aderat miles quidam HVMBERTVS *nomine, in cuius beneficio altare prædictum videbatur ſitum. Hic Dei gratiam conſequi deſiderans, beneficium illud fratribus eiuſdem loci conceſsit, dicens : Ego* HVMBERTVS *ob omnipotentis Dei amorem & animæ meæ ſaluationem dono S. Petro & fratribus Beſuenſis Cœnobij beneficium Eccleſiæ Helprici-curtis, conſentiente meæ conjuge* HISTIBVRGE *ſcilicet nomine, &* SIGVINO *filio meo perpetuo iure poſsidendum, ita vt ab hac die ſuis vſibus illud attribuant, & indè ſubminiſtrent, & licentiam faciendi quicquid indè ſibi placuerit habeant. Si quis verò heredum meorum, quod abſit, huic donationi calumniam inferre tentauerit, legibus coactus auri libras* X. *perſoluat, & hæc donatio firmitatis & ſtabilitatis vigorem perpetuò obtineat. Actum Lingonis publicè* VI. *Idus Ianuarij, Indictione* V. *anno incarnati Verbi* MXXII. *regnante Roberto.*

S. Lamberti Epiſcopi.
S. BRVNONIS *Archiclaui.*
S. Girardi Archidiaconi.
S. HVMBERTI *Archidiaconi.*
S. Odonis Decani.
S. Anſculfi Presbyteri.
S. Hugonis Presbyteri.
S. Conſtancij Presbyteri.
S. Mauricij Presbyteri.
S. Vvidonis laici.
S. Gotzelini laici.
S. Odolrici.
S. Vvidonis laici.
S. Rotgerij.
S. Alterius Rotgerij.
S. HVMBERTI.
S. SIGVINI *filij eius.*

Charte tirée du Chartulaire de l'Egliſe Collegiale de S. Denys de VERGY transferée à Nuits.

1023. OMNIBVS *ſanctæ & individuæ Trinitatis fide & amore flagrantibus magnopere ad profectum ſalutis diuina opitulante clementiâ peruenire ſperamus, quòd ad laudem & honorem ſanctæ matris Eccleſiæ amplificandam, Sanctorum loca rudi & nouella ædificatione conſtruere, eaque ſecundum canonicam auctoritatem de rebus iuſtè adquiſitis diteſcere ac locupletare ſtudemus; quatenus ad explenda diuinæ laudis officia*

ſupplementum

Digitized by Google

ſupplementum præſtent largiſluæ humanitatis beneficia. Huius Dei gratia animatus ego in Dei nomine HVMBERTVS *Heduenſis Archidiaconus, ſororis meæ* HELISABETH *Comitiſſæ, & filiorum eius, ceterorumque parentum & amicorum vſus conſilio, pro ſalute & remedio animę meę, parentumque meorum, præſentium ſcilicet & futurorum, nec non & eorum qui jam ex hac vita deceſſerunt, noua ędificatione infra ambitum* VERGIACENSIS CASTELLI *quandam conſtruxi Eccleſiam ſub honore S. Dionyſij ſacrandam, atque ad victum & ſtipendium eorum, quos inibi ſub Canonicali habitu ad diuina officia perſoluenda aggregare diſpoſui, quaſdam res ab anteceſſoribus meis iure hereditario mihi ſolidè dimiſſas tradere ac condonare ipſi Oratorio decreui. Eccleſiam ſcilicet ſanctæ Mariæ in villa Tarnanto ſitam cum omnibus appendiciis ſuis, terris cultis & incultis, manſis, pratis, vineis, ſiluis, tam in ipſa villa Tarnanto, quàm etiam per diuerſa conjacentibus, quæ poſt obitum meum ad ipſam nouam Dei caſam dare diſpoſui. Dedi & in villa quę Cäboium dicitur manſa* VII. *& dimidium, cum ſeruis & ancillis deſuper commanentibus, & cum terris omnibus ad ipſa manſa pertinentibus. Hęc omnia ad jamdictam nouam S. Dionyſij Eccleſiam perpetualiter habenda tradidi atque transfudi. Vt autem per ſuccedentia annorum curricula firmiùs atque ſecuriùs inconuulſa iſta permaneant, hanc recordationis ſiue donationis Cartam fieri indagui, contra quam præſumptor vel calumniator quicumque venire preſumpſerit,* LX. *libras auri puriſſimi ad ipſum locum ſancto emendet Dionyſio, & hæc Carta ſtabilis permaneat, multorum atteſtatione & ſtipulatione ſubnixa. Actum Verziaco caſtello publicè.*

Ego HVMBERTVS *Archidiaconus manu tangendo inſcriptione mei nominis, & titulo ſanctæ crucis corroborari atque ſignari præcepi.*

Ego ELIZABETH *Comitiſſa ſoror eius firmaui.*

ROBERTVS, & GOTFREDVS *filij mei firmauerunt.*

GIBALDVS *nepos meus.*

Ceteri firmatores & teſtes his deſignantur nominibus, Odo viridis, Aſchellus Clericus, Vvatzo, Bertinus, Vvillermus, Arnulfus, Hugo, item Hugo, Odo Rufus, item Odo Villerius, Vvido, Vvalterius, Gondramus, Rodulfus, Odo Canonicus, Bininus, Conſtantius.

Ego Gibuinus ſcripſi & ſubſcripſi atque dataui V. *Nonas Martij anno ab incarnatione Domini noſtri* IESV *Chriſti* MXXIII. *regnante* ROTBERTO *Rege, ad juſſionem Odonis Cancellarij.*

Extrait de la Chronique de l'Abbaye de Beze.

IPSO *eodem tempore, quo Rex* ROBERTVS *Monarchiam regni* 1031.
tenebat, cùm audiſſet in partibus iſtis quoſdam exiſtere, qui circumquaque res alienas violenter diripientes, vt liberiùs impuneque retinerent, firmitates & caſtella noua ſibi conſtruxerant, cum copioſo vt Regem de-

Digitized by Google

cebat exercitu MIRIBELLVM *ad expugnandum & diruendum aduenit. Erat enim illud vna ex manſionibus raptorum. Quod & Domino fauente in breui effecit. Sed dum ibi obſideret, nuncius aduenit dicens Patrem noſtrum* VVILLELMVM *Abbatem ab hac vita deceſſiſſe. Nolens itaque* ROTBERTVS *Rex locum iſtum diu ſine Paſtore manere, ne lupi rapaces gregem inuaderent, dominum* VLGERIVM, *qui tunc vicem Prioris ſub Abbate Vvillelmo tenebat, huic loco Abbatem ſubſtituit. Obiit verò prædictus Pater noſter Vvillelmus anno ab incarnatione Domini* MXXXI. *Et in ipſo anno defunctus eſt dominus* LAMBERTVS *Lingonum Epiſcopus* x. *Calendas Septembris, antequam ipſe Pater finiretur. In cuius locum ſubſtituit Rotbertus Rex Epiſcopum* RICHARDVM *vocatum, Clericum litteris optimè eruditum, moribus bonis ornatum, tamen contra voluntatem Cleri & plebis totius. Quapropter poſt menſes quinque adepti Epiſcopatus captus, ac pulſus ciuitate, non multis poſt diebus veneno vitam finiuit. Rex autem conſiliis Reginæ* CONSTANCIÆ *ad iram animo prouocatus, iterum dedit Epiſcopatum cuidam Clerico Carnotenſis Eccleſiæ.* HVGO *hic erat dictus, fuiſſetque vtile vas in domo Dei, ſi iuuenilia deſideria euitare, & ſuperbiam calcare curaſſet. Sed his adjecta crudelitate, eundo per fas & nefas, ad vltimum poſtquàm per annos* XVIII. *Lingonicum tribulauit Clerum, pulſus à ſede judicio domni* LEONIS IX. *Papæ, & Archiepiſcoporum, Halinardi ſcilicet Lugdunenſis, Hugonis Beſonticenſis, Vuidonis Remorum, Euuardi Treuerorum, aliorumque multorum qui præſentes fuerant in Concilio habito Remis ciuitate in præſentia memorati Papæ Leonis, vbi adfuerunt penè totius Galliæ tam Archiepiſcopi quàm Epiſcopi, cum innumerabili multitudine Cleri & populi. Huius itaque* HVGONIS *ordinatione inſtante, cùm eſſet deductus ab* HENRICO *Rege iuuene ad ciuitatem Lingonas cum magna ambitione, nunciata eſt prædicto Regi mors patris ſui Rotberti Regis, qui regnauit* XLI. *annis, & ipſe Henricus regni ſextum jam annum agebat.*

Charte tirée du Chartulaire de l'Egliſe de S. Nazare d'Autun.

1032. IESV *Chriſti Dei & Saluatoris noſtri nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c. Ego igitur* ENZELINVS * *Pariſienſium Dei gratiâ Epiſcopus,* VERGIACENSIVM *verò patronus, & hereditario jure dominus, infra prælibati oppidi ſepta Monaſteriolum à me ob mei parentumque meorum requiem, vitæque æternæ adeptionem conſtructum, & in honorem S. Dionyſij Martyris dedicatum, quantulacumque meæ hereditatis portione pro modulo meæ poſſibilitatis ditaueram, Clericoſque inibi die noctuque vigilantes obſequentiſſimè, prout prædicta facultas poſtulabat, adhibueram. Porrò proſpiciens magna quæque ad inferiora relabi, minora verò difficile ad altiora poſſe erigi, cùm mundus jam ſeneſcens poſitus ſit in procliui, Eccleſia autem Chriſti vndique aduerſitatum*

* *Infrà* HEZELINVS, & HESCELINVS.

procellis irruentibus, diuini auxilij anchora firmata, ad æternæ ſecuritatis littus tendens vix periculum euadat naufragij: hanc quam prædixi Eccleſiam alieni cognoui aminiculi egere. Quod quomodo inueniretur circumſpiciens, ad S. Nazarij Martyris venerandam fratrum Congregationem mentis intuitum intendi, congruumque hoc ob duarum rerum exactionem fore decreui. Primum, quia prædicta Eccleſia in prælibati ſancti ſita eſt diœceſi. Secundum, quia præfata Canonicorum Congregatio in regularibus inſtitutis nullibi inferior valet inueniri. Ea verò lege ad Cõgregationem hanc Eccleſiam noſtram volumus reſpicere, vt nihil inibi ſancti Nazarij Epiſcopus poteſtatis, ſeu diſpoſitionis exerceat. Decanus autem Prælationis officium, prębendaſque Vergiacenſium fratrum det, vel ſicut vſus, imò abuſus eſt, vendat, preciumque in fratrum Eduenſium vſum, ſicut eis complacitum fuerit, conuertat. Locuſque Vergiacenſis ſitu tantummodo poſitionis, ſed non firmitatis vnitate ab illo S. Nazarij loco diſtet. Teſtamenti igitur calumniator ſeu inficiator huius noſtri, anathematis vinculo irretitum ſe ſciat, & iudicio puniendum eius, quo regnante in æternum hoc publice Auguſtoduni eſt actum anno incarnationis eiuſdem MXXXII. *Indictione* XV. *regnante* HENRICO *Francorum Rege anno* II.

Ego ENZELINVS *Epiſcopus ſigno teſtamentum firmaui.*

Signum ROBERTI *Ducis, à quo, & in cuius præſentia hæc Carta eſt firmata.*

Signum Helmuini Epiſcopi.
Signum HVGONIS *Epiſcopi & Comitis.*
Signum Hugonis Archiepiſcopi Chryſopolitani.
Signum Gofridi Epiſcopi Cabilonenſis.
Signum Hugonis Epiſcopi Niuernenſis.
Signum RAINALDI *Comitis.*
S. OTTONIS *Comitis.*
S. Vidonis Decani.
S. Aganonis Abbatis.
S. Godifredi Abbatis.
S. Hugonis Abbatis.
S. Euſebij Præcentoris.
S. Valeriani Archidiaconi.
S. Hugonis Præpoſiti.
S. VALTHERI *militis.*
S. RAINALDI *militis.*
S. Dalmacij militis.
S. Anſelmi militis.
S. Vidonis militis.
Ego Bernardus ſcripſi & ſubſcripſi vice Rainaldi Cancellarij.

Digitized by Google

Extrait du petit Paſtoral de l'Egliſe de noſtre Dame de Paris, Charte CIIII.

Litteræ IMBERTI *Pariſiorum Præſulis, quibus ad petitionem Fulconis Vicecomitis, illius filio nomine Goffrido, necnon nepoti eiuſdem Fulconi nomine, atque vni eorum heredi terram illam, quam Odo Craſſus de Liſterno Clerico tenuerat apud Manſingiacum, aliamque terram apud Virſiacum conceſsit ſub litterarum annotatione, conſenſu ac voluntate* LISIERNI *ſui Decani atque Archidiaconi: eo pacto vt ſingulis annis in feſtiuitate ſanctæ Columbæ, quæ eſt in Septembr. menſe, ſolidos* V. *cenſualiter perſoluant. Actum Pariſius regnante Rege* HENRICO *anno* II.

Extrait d'vne Charte de l'Abbaye de S. Riquier en Ponthieu.

1035. *Litteræ* HENRICI *Francorum Regis, quibus confirmat Eccleſiæ S. Richarij Centulenſis reſtitutionem villæ Noguenariæ, &c. Quod ne quis etiam ſucceſſorum meorum audeat infringere,* HEZELINI *Pariſiacenſis Epiſcopi perculſi anathemate, & omnium qui mecum erant Francigenæ. Actum eſt anno Dominicæ incarnationis* MXXXV. *regnante Henrico Rege anno regni illius* III.

Chartes tirées du petit Paſtoral de l'Egliſe de Noſtre Dame de Paris, num. XLVII. XLVIII.

IN *nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis.* HENRICVS *gratiâ Dei Francorum Rex. Nouerit omnium poſteritas ſanctæ matris Eccleſiæ fidelium & noſtrorum, quòd quidam* YMBERTVS *Pariſienſis Eccleſiæ Epiſcopus noſtræ Serenitatis adierit præſentiam, rogans & obnixè poſtulans, vt quaſdam Eccleſias in ſuburbio Pariſiacenſi noſtræ poteſtati & anteceſſorum antiquitus mancipatas, S. Stephani ſcilicet, Iuliani Martyris, Seuerini ſolitarij, necnon & S. Bachij, quarum quædam olim Abbatiarum dignitate ſublimatæ, & ideò receptaculum & ſtationem Congregationi Canonicorum præbentes S. Mariæ: ſed propter regni perturbationem rebus conceſsis ſpoliatæ ſolitudini vacantes, parum aut nullum antiquæ poſſeſsionis retinuerant ſtatum, prædictæ Congregationi cõcederemus. Sed quia* APVD NOS PRO SVIS MERITIS PRÆDICTVS EPISCOPVS ERAT MAGNVS, *eius voluntati nolentes aliquid derogare, conceſsimus eius petitioni prædicta loca regali Præcepto & liberalitate; eo pacto & conditione, vt quandiu* GIRALDVS *Clericus earum poſſeſſor vixerit, ſine inquietudine per aſſenſum Canonicorum totius Congregationis teneat, & poſt eius exceſſum vſibus Canonicorum ſine reclamatione mancipentur: & ibi pro remedio animæ meæ vel parentum meorum Canonici aggregentur, qui pro ſtatu & incolumitate regni noſtri exorantes ad vtrumque ſufficiant, ſed & ad ſtationem more ſolito red-*

Digitized by Google

dendam Eccleſiæ, & ad ſeruiendum canonicè valeant communiter degere.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego* HENRICVS *Princeps licèt non idoneus in regnum Francorum Deo volente conſtitutus, cuidam domini* YMBERTI *Pariſiorum Præſulis acquieui petitioni, quam Chriſticolis omnibus tam futuris quàm præſentibus reuerentiam Chriſtianæ Religionis debita, necnon condigna veneratione colentibus, ſanctæ matris ſupradictæ feliciter à cunabulis educatis vberibus innoteſcere decreui, vt Abbatiam quandam in ſilua quæ Leya dicitur, patris mei* ROBERTI *clementiâ in honore S. Germani fabricatam ſanctæ Pariſienſi Eccleſiæ concederem. Quod, quia dignum videbatur, annuens, oratáque corde benigno ſuſcipiens, cum conſenſu ac voluntate Epiſcoporum atque Abbatum, ſeu omnium Comitum militumque meorum, ſanctæ Dei Genitrici, cum omnibus quę ad eam pertinent ipſam Abbatiolam contuli, vt quamdiu loci illius Præſules viuent, teneant, regant, nulloque noſtrorum ſucceſſorum auferente poſideant, videlicet terram Filiolicurti, & in pago Pinciaco altare Aureæ-vallis, & in pago Vilcaſino altare Ireti. In pago Beluacenſi altare Botreti, & Eccleſiam ſanctæ Marinæ in inſula Pariſij. Item præfato Preſuli, quę ad Eccleſiam ipſam non pertinent, in ſuburbio Pariſij* IV. *arpennos vinearum. Sed vt hoc noſtræ clementiæ donum noſtris futuriſque temporibus firmum habeatur, placuit nobis quatinus exinde Præceptum fieri juberemus, videlicet vt nec noſtris, nec reliquis poſt futuriſque temporibus aliquis hominum quodlibet ei impedimentum de eiſdem rebus inferre præſumat. Et vt hæc noſtri Præcepti auctoritas firmior habeatur, manu noſtra ſubterfirmauimus, & ſigilli noſtri impreſſione ſignauimus.*

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de S. Germain des Prez lés Paris.

Carta ROBERTI *Burgundiæ Ducis de villa quæ dicitur Gilliacus ad S. Germanum Pariſ. pertinente, tempore Aderoldi Abbatis.* 1042.

CetteChartre eſt rapportée entiere au Liure II. des Preuues de l'Hiſtoire de Mōtmorency.

Acta eſt hęc Carta publicè apud caſtrum Diuionem die feſtiuitatis S. Mauricij ſociorumque eius, regnante & ſtrenuè inſceptris agente Hērico Francorum Rege anno X. *Hugone autem Lingonenſium Præſule Epiſcopali cathedra preſidente anno* V.

S. ROBERTI *Burgundiæ Ducis.*

S. Heliæ coniugis eius.

S. Ermuini Eduorum Epiſcopi.

S. Hugonis de Bellomonte.

S. Abbatis Azelini & Iohannis fratris eius, &c.

Poſtea ego Robertus Dux hanc Cartam Henrico Regi firmandam reddidi, & Pariſius guerpiui.

S. HENRICI *Regis Francorum.*

Digitized by Google

Huius rei teſtes ſunt YMBERTVS *Pariſ. Epiſcopus, Vvido Silua-nect. Epiſcopus, Buchardus Maingoldus, &c.*

Extrait d'vne Charte de l'Abbaye de S. Maur des Foſſez.

1044. *Carta Henrici Regis in fauorem Eccleſiæ S. Petri Foſſatenſis.*
S. Mainardi Senonenſis Archiepiſcopi.
S. IMBERTI *Epiſcopi Pariſienſis.*
S. Frolandi Epiſcopi Siluanectenſis.
S. Rodulfi Comitis.
S. Vvillelmi Corboulienſis Comitis.
S. Yuonis Comitis Bellimontis.
S. Nanterij Vicecomitis.
S. Vvillelmi de Gomes.
S. Baldrici Coneſtabularij.
S. Ingenulphi Buticularij.
Actum anno Dominicæ incarnationis MXLIII. *Ind.* XI. *ſub die* XIII. *Kal. Iunij, anno regni Henrici* XII.
Balduinus Cancellarius relegit & ſubſcripſit.

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de S. Germain des Prez lés Paris, au Chapitre des appartenances de Gilly.

1045. EGO ROBERTVS *Dux Burgundionum cum vxore mea* HELIA *nomine omnibus cognitum eſſe volumus Dei & ſanctæ Eccleſiæ, preſentibus ſcilicet ac futuris fidelibus, præcipuè autem ſucceſſoribus noſtris, ante quorum conſpectum huius noſtri decreti contigerit deuenire Statutum, quoniam nos reminiſcentes molem noſtrorum peccaminum, & trementes æquiſsimi examinatoris judicium, Chriſto inſpirante pertingere gliſcimus ad futuræ remunerationis brauium per elemoſynę largitatis auxilium. Etenim Monachi S. Vincentij almique Germani Pariſiorum Præſulis ad nos venientes competierunt nobis quandam noſtram terram, quæ vocatur Villare-Bichet, & eſt in pago Belnenſi ſita, ad eorum victus quotidianos augendos ſibi concedi. Quod & fecimus æquo animo, cum conſenſu & voluntate filiorum noſtrorum* HVGONIS & HENRICI, *pro redemptione animæ noſtræ, noſtrique genitoris* ROBERTI *Regis: ſcilicet ipſam terram ſupranominatam cum terris cultis & incultis, pratis & ſiluis, vineiſque, cum omnibus quæ ad eam pertinere videntur. Eo autem pacto & ratione vt præfati Monaſterij Monachi ſint ſemper memores noſtri in orationibus ſuis. Vt autem hoc Præceptum inuiolabile per longa tempora maiorem ſemper vigorem obtineat, eum propria manu ſubterfirmauimus, & heredibus noſtris & fidelibus firmandum tradidimus; præcipuè verò domni fratris noſtri* HENRICI *Francorum Regis, vt firmior habeatur, cum regali auctoritate nomine & ſubſcriptione corroborauimus, &c. Precamur ergo, &c. Actum publicè regnante Henrico Rege anno* XIII. *& Roberto Duce Burgundionum.*

Digitized by Google

Signum domni Roberti Ducis.
Signum domnæ Heliæ ſuę vxoris.
Signum Hugonis filij eius.
Signum fratris eius Henrici.
Signum Vuillelmi Comitis Niuernenſis.
Signum HVMBERTI VERZIACENSIS.
Signum Bozonis militis.
Signum Theobaldi Vicecomitis.
Signum Hairardi militis.
Signum Rainaldi militis.
Signum Ingelerij militis.
Signum Raineriį Præpoſiti Belnenſis.
Signum Vuidonis Vicecomitis Diuioni.

Precamur ergo Dominum, vt ſi qua perſona prepotens, aut ex noſtra hereditate aut ex aduerſo veniens, contra hoc ſcriptum ſurgens infringere temptauerit quod nos fecimus pro elemoſyna, illi vertatur in pœna; & Vulcano traditus luat ſemper perpetua pœna damnatus.

Extrait du Promptuaire des Antiquitez de Troyes de Nicolas Camuzat, fol. 23.

Carta Regis HENRICI *de Monachis apud S. Aigulphum ſub Pruui-* 1048.
nenſi oppido ſitum inſtituendis. Actum publicè in Senonico Palatio anno incarnati Verbi MXLVIII. *& regni Henrici Regis* XVII.

Gilduinus Archiepiſcopus.
IMBERTVS *Pariſiacenſis Epiſcopus.*
Iſambardus Aurelianenſis Epiſcopus.
Mainardus Trecacenſis Epiſcopus.
Hugo Niuernenſis Epiſcopus.
Herbertus Autiſiodorenſis Epiſcopus.
Vualterius Meldenſis Epiſcopus.
ROBERTVS *Dux Burgundiæ.*
Theobaudus Comes.
Arnaudus Comes.
Rodulphus Comes.
Vuillelmus Comes.

Ego Balduinus Cancellarius relegendo ſubſcripſi.

Extrait du Liure des Miracles & Reliques de S. Denys Ms.

Nomina perſonarum quæ preſentes Sanctorum detectioni corporum 1050.
interfuerunt anno ML. *ſub* HENRICO *Rege.*

SED *non prætereundum videtur aliquorum nomina hîc ad poſterorum memoriam inſerere, qui potiorum dignitatum inſigniti claritate præſentis dicuntur celebritatis gaudio interfuiſſe, &c. de Epiſcopali ordine iſti conuenêre.*

Digitized by Google

Vvido Remenſium Archiepiſcopus.
Robertus Cantuariorum Archiepiſcopus.
IMBERTVS *Pariſiorum Epiſcopus.*
Ilenandus Laudun. Epiſcopus.
Balduinus Nouiomenſis Epiſcopus.
Vvalterius Meldenſium Epiſcopus.
Froilandus Siluanectenſis Epiſcopus.

De Ordine Abbatum iſti adfuerunt iterum. Inprimis
Domnus Abbas HVGO *Cœnobij S. Dionyſij.*
Albertus Abbas Maioriſmonaſterij.
Ioannes Abbas Fiſcannenſis Cœnobij.
Landericus Abbas S. Petri Carnotenſis.
Robertus Abbas S. Petri Foſſatenſis.
Rodulfus Abbas S. Petri Latiniacenſis.
Gaufredus Abbas Columbenſis Cœnobij.

Iſti autem aſtiterunt de ordine laicorum. Inprimis
ODO *memorati Regis frater atque fidelis nuncius.*
Vvalterius Comes Pontiſarenſis.
Vvillelmus Comes Corboilenſis.
Yuo Comes Bellomontenſis.
Vvalerannus Comes Melledenſis, & alij nobiles, multique deuotæ fidei gregarij milites.

Extrait d'vne Charte du Prieuré de S. Thomas d'Eſpernon dependant de l'Abbaye de Maitmonſtier.

1053. *Carta* ALMARICI *militis, quâ fratribus qui in Turonenſi Cœnobio, quod Maius-Monaſterium dicitur, omnipotenti Deo pro poſſe ſub* ALBERTO *Abbate famulantibus, quendam locum maiorum ſuorum ſucceſsione ſibi contingentem in Carnotenſi pago ſitum nomine Senicurtem in honore ſanctæ Trinitatis conſtructum, cum omnibus ſibi ſubiectis rebus, volunitate & aſſenſu ſuæ coniugis* BERTREDIS, *necnon & filiorum ſuorum* SIMONIS *videlicet atque* MAINERII *concedit, &c. Et vt hoc noſtræ elemoſynæ teſtamentum per cuncta annorum curricula vigorem perpetuitatis obtinendo ab omnibus credatur, diligentiùs conſeruetur,* HENRICVS *diuina ordinante prouidentia Rex Francorum Auguſtus per noſtram deprecationem ſua auctoritate firmauit, & ſuæ dignitatis ſigillo confirmare fecit: necnon & fidelibus ſuis, quorum nomina ſubſcripta ſunt, corroborandum tradidit.*

S. AINRICI *Regis.*
S. Amalrici.
S. Simonis filij eius.
S. Maincrij filij eius.
S. Tetbaldi Comitis.

S. ODONIS

Digitized by Google

S. ODONIS *fratris Regis.*
S. Gualerani Comitis.
S. HESCELINI *Parisiacæ vrbis Episcopi.*
S. Guazonis de Drocis.
S. Niuardi de Monteforti.
S. HERVEI DE GALARDONE.
S. Auesgodi.
S. Gualterij de Vileta.
S. Rodulfi de Vachereta.
S. Roberti Clerici.

Data anno XXI. *regnante* HENRICO *glorioso Rege, Indict.* VI. *Actum apud Stempas-logias.*

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de S. Germain des Prez lés Paris, au Chapitre des apartenances de Gilly.

OMNES *sanctæ Ecclesiæ filij, qui verbum Christi audiendo retinent,* 1055. *sedulò corroborantur voce sancta dicentis: Estote ergo misericordes sicut & Pater vester misericors est. Et alibi Saluator Discipulis loquens ait: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Cuius adipisci pietatis portionem quisquis desiderat, operibus & ipse pietatis quantum valet insistit. Quod licèt secundum Apostolum quibuscumque impertiri conueniat, maximè tamen domesticis fidei exhibendum constat. Vndè ego* ROBERTVS *superni Arbitri cuncta regente ac disponente potentia, post obitū patris mei* ROBERTI *Regis Francorum Burgundiæ regnum, eius destinatione, Ducis auctoritate adeptus, jam supradictis Christi verbis fulgidis animatus, à domno* ADROLDO *beati Vincentij preciosissimi Leuitæ & Martyris, & piissimi Confessoris Christi atque Pontificis Germani Parisiorum inexpugnabilis clypei Abbate, necnon & à quibusdam ipsius loci Monachis obnixè rogatus sum, vt malas consuetudines, & immissiones pessimas, quæ meo in tempore sunt impositæ Potestati prædictorum Sanctorum, id est in Gilliaco & appendicijs suis, propter amorem Dei, & salutem animæ meæ finem imponerem. Vt ergo in sorte & funiculo hereditatis eorum partem habere valeamus, ego* ROBERTVS *Dux, & duo filij mei* HVGO *&* HENRICVS *adquieuimus eorum precibus, & pro remissione nostrorum peccaminum remittimus eis omnes malas consuetudines, quas in supradicta potestate iniustè & malo ordine videbamur accipere, videlicet captionem & emptionem vini, necnon insuper & calumniam syluarum & sepium, quas vulgò dicunt hayas, quam nobis ministri nostri inferre eis vnquam suggesserant ob captionem agrestium animalium: eo conditionis pacto, vt ita ab hodierna die & deinceps liberè liceat eis frui, scilicet vsque ad viā salinariciā, & omnibus supradictis, sicut in tēpore Ducis Burgundiæ* HENRICI *auunculi mei fecerunt. Cunctis itaque & præsentibus & futuris*

KLM

notum ſit, quòd ob amorem piiſſimi Conditoris omnes malas & peſſimas conſuetudines, & iniuſtas calumnias ſine tenui remittimus eis, atque huius remiſſionis notitiam apicum memoriæ mandamus, & manu noſtra firmamus, & Procerum noſtrorum laude corroborari decreuimus. Quicumque has ſupradictas calumnias ſeu iniuſtas conſuetudines à nobis remiſſas repetere præſumpſerit, apponentur plagæ & maledicta æternis cruciatibus ſemper fumiganda. Acta eſt Cartula publicè apud caſtrum Diuionem die Purificationis ſanctæ Mariæ, regnante & ſtrenuè agente in ſceptris HENRICO *Francorum Rege anno* XXIII. *Harduino autem Lingonenſium Præſule anno* III.

Signum ROBERTI *Burgundiæ Ducis.*
Signum Hugonis filij eius.
Signum Henrici filij eius.
Signum Iohannis de Marziaco militis.
Signum Fulconis Bellimontis Comitis.
Signum Vvidonis Comitis Calcinimontis.
Signum Vvidonis Diuitis.
Signum Vvaldrici filij eius Vicecomitis.
Signum Vvidonis fratris eius.
S. Arnulfi militis.
S. Rainaldi Venatoris.
S. Vlrici militis de Bellomonte.
S. SIVINI MILITIS DE VERZEIO.
S. Ottonis militis de Beſiaco.
S. HVGONIS *filij* VVALONIS *Comitis.*
S. Humberti militis filij Hildebranni.
S. Balduini Præpoſiti.
S. Rodulphi Præpoſiti de Arzilliaco.
S. Odonis Præpoſiti.
S. Ingelerij Pincernæ.
S. Anſelmi Venatoris.
S. Vvarini miniſtri eius.

Ego Vvalo Cancellarius iuſſu Roberti Ducis hanc Cartam ſcripſi & ſubſcripſi.

Extraits du meſme Chartulaire de l'Abbaye de S. Germain des Prez.

1058. *Carta* HENRICI *Regis, qua ad petitionem Adraldi Abbatis Monaſterij S. Vincentij & S. Germani in ſuburbio Pariſienſis vrbis ſiti, altaria trium villarum, ſcilicet Villænouæ, & Cumbis, & Antoniaci, quæ ſibi* IMBERTVS *Pariſienſis Epiſcopus conceſſerat, regia auctoritate confirmat. Actum Pariſ. anno* MLVIII. *regni Henrici Regis* XXVIII. *Balduinus Cancellarius ſcripſit & ſubſcripſit.*

Carta alia HENRICI *Regis pro Eccleſia beati Martini Drocenſis*

Digitized by Google

cum appendiciis ſuis, tempore Adraldi Abbatis S. Germani. Actum publicè in obſidione caſtri quod vocatur Timerias, regnante HENRICO *anno* XXIX. *regni eius.*

Signum HENRICI *Regis.*
S. IMBERTI *Præſulis.*
S. Adenuti Præſulis.
S. Mainardi Præſulis.
S. Fulconis Præſulis.
S. Theobaudi Comitis.
S. Radulfi Comitis.
S. Rotroldi Comitis.
S. Vvillelmi Comitis.
S. Galeranni Comitis.
S. Ingenulfi Pincernæ.
S. Alberti filij Ribaldi.
S. Gaſthonis militis.
S. Iſnardi militis.
S. Fulconis Præpoſiti.
S. Roberti Ruffi.
S. Simonis de Monteforti.
S. Hugonis Bardulfi.
S. Vvillelmi militis de Gometh.
S. Goffredi militis de Neella.
S. Raimberti militis,

Ego Balduinus Cancellarius manu propria ſubſcripſi, agente anno Dominicæ incarnationis MLVIII.

Extrait du Chartulaire du Prieuré de S. Martin des Champs de Paris.

CARTA HENRICI *Regis, qua Monaſterium S. Martini de Campis prope Pariſius à ſe reſtauratum dotauit. Actum anno ab incarnatione Domini* MLX. 1060.

Cette Charte eſt rapportée entiere dedans les Preuues de l'Hiſtoire de Montmorency p. 19.

S. Regis Henrici.
S. Philippi Regis.
S. Annæ Reginæ.
S. Archiepiſcopi Mainardi Senonenſis.
S Geruaſij Remenſis Archiepiſcopi.
S. IMBERTI *Epiſcopi Pariſienſis, &c.*

Extrait du Martyrologe de l'Abbaye de Flauigny.

X. *Kal. Decembris* HVMBERTVS *Pariſiorum Epiſcopus obiit, qui dedit Eccleſiam S. Iuliani apud Nuj.*

Digitized by Google

Extrait du Martyrologe de l'Abbaye de S. Benigne.

x. *Kal. Decembris depositio domni* HVMBERTI *Parisiacensis Episcopi, qui dedit nobis Cellam S. Amatoris in vrbe Lingonensi.*

Extrait du Martyrologe de l'Eglise de Nostre Dame de Paris.

x. *Kal. Decembris obiit Himbertus Episcopus.*

---

7. *ROBERT COMTE EN BOVRGONGNE, Seigneur de Vergy, fils aisné du Comte* GERARD.

Extrait du Chartulaire de l'Eglise Collegiale de S. Denys de Vergy.

1023. Cette Charte est rapportee entiere au Chap. precedent, pa. 64.

CARTA HVMBERTI *Heduensis Archidiaconi, qua sororis suæ* HELIZABETH *Comitissæ, & filiorum eius, ceterorumque parentum & amicorum vsus consilio, nouæ ædificatione infra ambitum* VERGIACENSIS CASTELLI *quandam fundat Ecclesiam sub honore S. Dionysij sacrandam, &c. Actum* VERZIACO *castello publicè.*

Ego HVMBERTVS *Archidiaconus manu tangendo, inscriptione mei nominis, & titulo sanctæ crucis corroborauj, atque signari præcepi.*

Ego ELIZABETH *Comitissa soror eius firmaui.*

ROBERTVS, *&* GOTFREDVS *filij mei firmauerunt.*

Gibaldus nepos meus, &c.

Ego Gibuinus scripsi & subscripsi atque datauj v. *Nonas Martij anno ab incarnatione Domini nostri* IESV *Christi* MXXIII. *regnante* ROTBERTO *Rege, ad iussionem Odonis Cancellarij.*

Extrait de la Chronique de l'Abbaye de Cluny.

1024. *Anno ab incarnatione Domini* MXXIV. *oritur pater* HVGO *à Deo electus, Burgundionum illustri genere, cuius genitor* DALMACIVS, *mater verò* AREMBVRGIS *vocitati sunt.*

Hildebert Eueſque du Mans en la vie de S. Hugues Abbé de Cluny.

Beatus itaque HVGO *natione Eduensis, generosis parentibus illustris, prærogatiua vitæ pariter, & virtutum titulis illustrior fuit. Is cùm infirmitatem euasisset infantiæ,* DALMACIVS *pater eius, vir scilicet Consularis, materque* AREMBVRGIS *nomine, circa eruditionem pueri diuersum gerebant affectum.* Et peu apres: *Eo tempore Autisiodorensis Episcopus* HVGO *nomine* CABILONENSEM *quoque Consulatum strenuè gubernabat. Huius causa beatus* HVGO EIVS PRONEPOS *vix à patre proficiscendi Cabilonum licentiam extorsit. Prælibata in hac vrbe Gram-*

Digitized by Google

matica, quo introduceretur ad diuinarum altitudinem scripturarum, inueni quo ddam velut ostium aperuit.

Hugues Moyne de Cluny en la vie du mesme Abbé S. Hugues.

HVGO *iste, quem debitus sermo proponit, ex illustri nobilium prosapia Burgundionum originem duxit. Pater eius fuit Dalmacius Princeps egregius, Samurensis dominus. Mater eius Aremburgis genere insignis, vita laudabilis.*

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de Flauigny.

EVVANGELICÆ *præceptionis salubriter verbis monemur, vt si per-* 1037.
henni vita frui cupimus, mandata diuina seruare fideli mente curemus, Domino dicente. Vis ingredi ad vitam? serua mandata. Quæ quoniam multiplicia multipliciter sanctis indita paginis, speciatim humanus animus nequit cuncta recolere, idcirco cælestis dignatio generaliter ea vno charitatis præcepto dignata est coartare, Propheta adtestante, Verbum consummans & abbreuians faciet Dominus super terram. Apostolus quoque: Plenitudo legis dilectio. Hanc tunc ritè tenemus, si Deum omnimodis diligentes, proximi etiam necessitatibus iuxta vires concurrere satagamus. Siquidem cùm idem jubeat, Estote misericordes sicut & pater vester misericors est, quicumque eum patrem habere cupiunt, in fratribus misericordes esse non neglegunt. Id fideliter perpendens RAGINALDVS *Comes, Comitis* GVILLELMI *filius, simulque misericordiæ actibus, qui per caritatem aguntur, peccaminum veniam consequi posse confidens, voluit, suumque velle ad effectum perduxit, ex suis rebus erga Dei seruos apud* FLAVINIACVM *Cœnobium in honore Petri Apostolorum Principis, almique Prejecti Martyris dicatum, liberalis existere, quatenus in cælesti regione Regis Regum & ipse experiri munificam clementiam queat in recompensatione. Denique venerabilis viri* AMADEI *ipsius Monasterij Archimandritæ, Cœnobitarumque sub eius paternitate degentium precibus efflagitatus, dedit prætaxatus Comes jamdicto Flauiniacensi Cœnobio ad supplementum victus Monachorum inibi Deo famulantium, apud Salinum villam aream vnam cum calderia, quæ alio nomine hagerna vocatur, vt ibi fieret sal perpetuis ipsorum vsibus profuturum. Vt verò eius donationis cessio apud sequentis æui posteros permanentem ac stabilem obtineat vigorem, hanc suæ largitionis Cartam fieri præcepit, ac non modò suo, verùm suorum fidelium nominibus insigniri iussit. In redibitione autem tanti muneris, Monachis loci ipsius per huius secli decursum pro eo eiusque prole vni de tribus pauperibus, quibus mandato Domini pedes lauantur, cotidiani diarij victus præbebitur, omnisque ebdomadis feria* IIII. *vna Missa in generali Conuentu cantabitur. Seruata nihilominus illa sponsione, quam dudum eius patri promiserant; scilicet vt pro illo totis temporibus feria* VI. *similiter vnam Conuentus Missam caneret. De postremo tam pater quàm is cum sua coniuge ac liberis in ceteris diuinæ ser-*

uiuntis officiis Christo fauente participes fient. Addidit etiam postea prædictus Comes in augmentatione suæ elemosynæ ventas suprascriptæ bagernæ Monachis prædictis, vt sicut ipsam bagernam absque vllius calumnia possessuri sunt, ita ventas sine vllius calumnia perpetualiter possideant. Actum Diuioni castro publicè.

S. RAGINARDI *Comitis, qui firmauit & firmare rogauit.*
S. IVDID *Comitissæ vxoris eius.*
S. GVILLELMI *filij eius.*
S. HVGONIS *filij eius.*
S. HVGONIS *Episcopi Autissiodorensis & Comitis Cabilonensis.*
S. THEOBALDI *nepotis eius.*
S. RAGINALDI *Comitis Niuernensis.*
S. Hugonis Episcopi Lingonensis.
S. Beraldi Episcopi Suessionis.
S. Adzilini Abbatis.
S. Gailonis.
S. Garnerij.
S. Borni Præpositi ipsius Comitis Raginaldi.
S. Odolrici militis.
S. Garulfi.
S. Rotgerij.
S. Hugonis de Ceis.
S. Hugonis filij Vvirricci Comitis.
S. Garnerij Ventarij.
S. Andalæ vxoris eius.
S. Guidonis.
S. Aymonis.

Ego frater Milo scripsi, & datui in mense Maio, XV. *Kalend. Iun. anno Incarnationis Dominicæ* M.XXXVII. ENRICI *verò Regis* XII.

Extrait de la petite Chronique de S. Estienne d'Auxerre.

Anno MXXXIX. *obiit* HVGO *Episcopus, & in ipso anno ordinatio Eriberti Episcopi.*

Pierre de S. Iulien en son Traitté des Antiquitez de Chalon.

A HVGVES Comte de Chalon & Euesque succeda THIBAVD au Comté de Chalon, comme son plus proche heritier, & eut vn Vicomte qui est dit ROBERT par les Tiltres du Monastere de S. Marcel, auquel il fist plusieurs biens. Est aussi bien remarquable que ledit Comte Thibaud se dit par la grace de Dieu Comte. Car telle façon de parler n'est vsurpée que par ceux qui pretendent ne tenir que de Dieu & de l'espée. Or ce Comte Thibaut eut vn fils aussi

Digitized by Google

Comte de Chalon (nommé HVGVES) Prince fort amateur des Egliſes, & gens ſeruants à icelles.

Extrait d'vn brief Catalogue des Comtes de Chalon.

THEOBALDVS *Comes. hic ſe gratiâ Dei Comitem nominat.*

ROBERTVS *Vicecomes Cabilonenſis tempore Odilonis Abbatis Cluniacenſis, qui ſucceſſerat Maiolo.*

HVGO *filius Theobaldi tempore Rocleni Epiſcopi Cabilonenſis, & Hugonis Abbatis Cluniacenſis, ſub Philippo Rege.*

Extrait de la Chronique de l'Egliſe de S. Eſtienne d'Auxerre.

Anno MLVIII. *clandeſtina irruptione captum eſt caſtrum S. Germani à militibus Roberti Ducis, &* TEBALDI *Comitis, qui ingreſſi nutu diuino territi quantociùs exierunt. Et hoc infra venerabiles Quadrageſimæ dies.*

Anno MLX. *facta ſeditione inter Iterium & Aganonem, Crociacum caſtrum concrematum eſt à* TETBALDO *Comite ſuperueniente cum grandi multitudine militum.*

Pierre de S. Iulien Doyen de Chalon en ſon Diſcours des Antiquitez dudit Chalon, p. 453.

APRES le gaſt fait à S. Marcel par les Hongres, il ne fut pas fils de bonne mere qui ne print telle part du reuenu qu'il en peut gripper. Meſmement la terre de Florey ſur Oſche, au dioceſe de Langres fut ſaiſie par pluſieurs, qui à l'enuy en prindrent chacun ſa piece. Mais en fin tout fut reſtitué. Et porte le tiltre de reſtitutiõ, que ledit Florey eſt de l'ancienne dotation, & don fait par le Roy Gontran à S. Marcel. Apres vn long narratif, ces mots y ſont.

Tandem tempore HVGONIS *Abbatis, cùm eundem locum regeret* 1075.
Prior, in perquirendis S. Martyris rebus ſagaciter promptus, factum eſt colloquium in caſtro quod Palluel dicitur, Burgundionum Principum: in quibus erat Dux HVGO, *& Comes* VVILLERMVS *trans Ararim tenens Principatum, atque Cabilonenſis Comes* HVGO, *& multi alij inferiorum dignitatum. Tum ergo iamdictus Prior opportunum ratus, vt in Conuentu tantorum virorum de iniuria ſancti patroni conquereretur. Et maximè quia in præfata Eccleſia* ROBERTVS *Dux nuper dedecoroſè obierat, atque hæcres plurimos populares terruerat, pro ea potiſſimum rogaturus acceſſit. Tantam ergo gratiam Dominus cooperante beato Martyre ſuo tribuit, vt vnanimiter omnis cœtus Primatum inſtaret, quatenus ſæpedicta Eccleſia Monachis redderetur. In primis ergo Dux* HVGO *quicquid prædeceſſores eius vſurpauêre inibi dimiſit & abiecit. Deinde Cabilonenſis Comes* HVGO, *qui de eo illam iure beneficij tenere videbatur, à ſe repulit,*

de commisso quoque similiter veniam postulauit. GIRARDVS *etiam de* FONVENTZ, *ac nepos eius* HVMBERTVS RVFFVS, *qui de Comite eam habebant, similiter dimiserunt. Vvido verò de Mediolano, & Hugo eius frater partim remunerationem commodi temporalis pro hoc suscipientes, partim quòd in Monasterio sunt ambo recepti, illud quod ibi calumniosè quærere videbantur reliquerunt. Apud Vvidonem nihilominus de Somberno non auunculum suum effecerunt, potiorem ei partem largiendo de aliis possessionibus, vt ipse quoque id quod prædecessores suos ibi tenuisse dicebat relinqueret. Vvarnulphus & filij eius, Odo Grandis & vxor eius, Arnulphus de Mediolano, vxor Vvalteri de Gurziaco, cum tribus filiis suis: omnes isti diuersis temporibus, diuersis occasionibus, Deo & S. Marcello quicquid calumniabantur coram idoneis testibus dimiserunt, annuente id Episcopo Lingonensi* HVGONE, *& dante licentiam mutandi quoque ipsam Ecclesiam, quocumque voluntas Prioris & fratrum fuerit, &c.*

Le mesme Pierre de S. Iulien au Discours des Antiquitez de Tournus p. 525. parlant de l'Abbé Pierre.

La renommée de ses bons sens, suffisance, & dexterité d'esprit, estans diuulguées iusques aux estrangers, Alphonse Roy d'Espagne feit choix de luy pour estre moyenneur de son mariage auec CONSTANCE fille de Robert Duc de Bourgongne, veuue de Hugues Comte de Chalon.

Extrait du Decret de l'election de Gautier Euesque de Chalon rapporté par le susdit P. de S. Iulien au Traité des Antiquitez de Chalon p. 455.

1080. *Acta est hæc Ecclesiastica & generalis electio anno incarnati vnigeniti Verbi* MLXXX. *præsidente diuina dispositione Romanæ Sedi excellentissimo Papa Gregorio, sceptra quoque moderante regni nobilissimo Regum* PHILIPPO, *Consulatu* CABILONICÆ VRBIS *tunc temporis manente absque terreno Principe.*

8. SAVARIC

8. SAVARIC COMTE DE CHALON, Seigneur de VERGT & de Chaſtel-Cenſoy, fils du Comte ROBERT.

Pierre de S. Iulien Doyen de Chalon en ſon Diſcours des Antiquitez dudit Chalon pag. 413.

CE GEOFROY DE DONZY (Comte de Chalon) deſireux de faire le voyage de la Terre-ſaincte, &, comme il eſt à croire, n'ayant d'argent en bourſe, ce qu'il eſtimoit neceſſaire pour ſe faire paroiſtre par deſpenſe en l'expedition qui ſe preſentoit, mit en vente ſa moitié de ladite Comté. Pour fauoriſer SON ONCLE SAVARIC Comte pour l'autre moitié, il s'adreſſe premierement à luy. Mais Sauaric ne ſe ſentant aſſez pecunieux pour promptement fournir la ſomme demãdée, il en parla à l'Eueſque Vvalterius (nous pourrions dire Gaultier) & à ſon Chapitre; qui tombans d'accord auec le Comte GEOFFROY, luy en payerent deux cents onces de fin or. Voyez les Preuues du Liure X. p. 83. 84.

Le meſme Autheur an meſme Diſcours pag. 421.

QVANT à SAVARIC, nous auons dit cy-deuant qu'il eſtoit oncle de GEOFFROY DE DONZY, & qu'eux deux eſtoient par moitié Seigneurs de Chalon, mais le tiltre de Comte apartenoit à SAVARIC. Ie trouue dauantage par les memoires de Monſieur Naturel, que Sauaric fut Comte de Chalon du temps de Hugues Archeueſque de Lyon. Ce qu'il prouue par vn Tiltre de l'an MXCVIII. regnant Philippe I. du nom. *Et peu apres:* Ie ne trouue documents qui me puiſſent enſeigner qui fut pere ny fils de SAVARIC. Ces choſes antiques ont eſté par trop negligées par nos predeceſſeurs. S'il eſt permis vſer de coniectures en choſes non ſceuës, ie ne douterois de dire que par le treſpas ou vente que SAVARIC feiſt de ſa Comté, CHALON vint en la puiſſance du Duc de Bourgongne. Ce qui me le fait croire eſt vn vieil memoire que i'ay trouué parmy mes recueils & amas, lequel porte qu'vn Duc de Bourgongne (le nom n'y eſt pas) donna la Comté de Chalon à vn ſien fils puiſnay, & que ledit fils print pour ſes Armes la tierce partie des vieilles Armes de Bourgongne, qui eſtoient Cotices d'or & de gueule, que non ſeulement les Comtes de Chalon, ains tous ceux de leur nom ont retenu. 1098.

Chartes extraites du Chartulaire de l'Abbaye de S. Eſtienne de Dijon, Partie II. Chapp. XIIII. & XXXII.

NOTVM *ſit omnibus tam futuris quàm præſentibus, quòd domnus* SE-

NO

SAVARICO DE VARGINIACO, *dominis Caſtri-Cenſorij, qui ipſam ſtratam, & totam terram de Varginiaco cum omnibus appendiciis ſuis, ſcilicet aquis currentibus, & fontibus, ceteriſque, quæ iure hereditario in allodio poſsidebant, ipſi eam dederunt & vendiderunt beatæ memoriæ* ARTALDO *Abbati & Eccleſiæ Viz eliacenſi, ac ſuper altare beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli multis aſtantibus, Deo & beatæ Mariæ Magdalenæ, atque ipſis Apoſtolis, cum omnibus appendiciis obtulerunt. Quam terram Eccleſia Viz eliacenſis per* XL. *& eo amplius annos iure hereditario hactenus in pace totam ex integro abſque omni calumnia poſſedit. Latrones verò in publica via captos ibidem ſuſpendit, & de ceteris malefactoribus iuſtitiam fecit; & ſi quid ibi inuentum fuit, ſine violentia quietè habuit.*

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de S. Benigne de Dijon.

ANNO *Dominicæ incarnationis* MCVI. *quarto decimo Kalendas Marcij, quo anno & die domnus venerabilis Papa Paſchalis Diuionenſem conſecrauit Eccleſiam, adhærentibus & obſequentibus ſibi Richardo Albanenſe Epiſcopo, Aldone Placentino, Leodegario Viuarienſe, domino Roberto Lingonenſi, Norgaudo Eduenſi, poſt repoſitionem ſanctarum reliquiarum in altari, Ego* HVGO *Dux ammonitus à domino Papa promiſi in ſacrata manu eius, quòd Diuion. Eccleſiam in eadem quiete & libertate dimitterem, qua dimiſerat patruus meus bonæ memoriæ* HVGO *Dux & Monachus. Dimiſi etiam & finiui quaſdam exactiones & iniuſtitias quas Officiales mei faciebant, concedens vt omnes domus Monachorum dominicæ ab omni inquietudine & iuſtitia mea meorumque amodo eſſent liberæ. In burgo etiam qui clauſtrum dicitur conceſsi, vt ſi latrocinium factum fuiſſet, & clamor ad Monachos & miniſteriales eorum deueniret, ipſi iuſtitiam planam facerent, quod intelligimus* LX. *ſolidorum. Portagium quoque Diuionen. portæ, quod pater meus de vino proprio Monachorum Diuionenſium vbi vbi conſiſtentium donauerat, laudaui & confirmaui, & portagium Belnenſis caſtri de meo ſuperaddidi. Quod ipſe pro patre meo feceram de Plumbariis confirmaui, & idem feci de Villare: hoc retento, quòd in anno duabus vicibus apud Villare hoſpitarer. Hoc donum laude Magnatorum meorum factum, in manu domni Papæ poſui. & frater meus* HENRICVS *laudauit. Teſtes,* SAVARICVS VERZIACENSIS, *Valo Abbas de Latona, Rainerius Dapifer, Iosbertus Vicecomes, Hugo de Granciaco, Hugo de Poliaco, Tecelinus Saurus, Hagano de Roca, Valterius de Tilio, Vidricus, Hugo frater eius, Aymo de Caſtro, Vvillermus de Tylecaſtro, Benzo, Milo de Frolleſio.* 1106.

Digitized by Google

Charte extraite du Chartulaire de l'Abbaye de Flauigny.

1113. NOTVM *eſſe volumus poſteris noſtris, quia anno Domini* M. C. XIII. *conuenerunt apud Sinemurum ante præſentiam domni* STEPHANI *Eduenſis Epiſcopi, Monachi Flauiniacenſes &* HVGO DE MERLENNIACO *filius* TETBALDI RVFI *Aduocati in audientiam pro quadam querela, quam aduerſus Flauiniacenſem Eccleſiam ipſe Hugo inclamabat, de quodam ſcilicet feodo, quod patrem ſuum Tetbaldum dicebat habuiſſe, & hereditario tenore tenuiſſe ab Abbate* ODONE, *in quo feodo* VIII. *ſextaria tritici, & imina erant, &* III. *modij auenæ, &* II. *ſextaria fabarum, & imina, &* IIII. *ſolidi denariorum. At contra Monachi feodum quidem eſſe datum non negabant ab Abbate Odone, ſed ea conditione vt poſt obitum ipſius Tetbaldi rediret ex integro ad menſam fratrum, abſque vllius heredis ſui calumnia. Vtriſque igitur cauſam ſuam defendentibus, placuit præfato Epiſcopo, & his qui in tuitione cauſæ vtriuſque partis conuenerant, huic querelæ & altercationi hunc tandem imponere finem, vt* HVGO *ipſe huiuſmodi feodum Eccleſiæ Flauiniacenſi perpetua dimitteret dimiſſione ex integro, &* IOSBERTVS *Prior & fratres eiuſdem Eccleſiæ, animas Tetbaldi Ruſi, & vxoris ſuæ, & Richardi filij eorum abſoluerent ab hac culpa, & pro beneficio illi Hugoni mille ſolidos Diuionen. monetæ, & fratri ſuo* BVRCHARDO X. *ſol. darent. Vuarpiuit itaque ipſe Hugo in manu domni Stephani Epiſcopi querelam iſtam,* VIII. *videlicet ſextarios tritici, & iminam, &* II. *ſextarios fabarum, & iminam, & tres modios auenæ, &* IIII. *ſolidos denariorum. & Monachi, Abbas* GERARDVS, *& Iosbertus Prior Eccleſiæ, & Petrus, & Hugo, ad laudem Capituli ſui, animas Tetbaldi Ruſi, & vxoris ſuæ, & filij eorum Richardi, ab huiuſmodi culpa abſoluerunt, & illi Hugoni firmauerunt per deſignatos terminos mille ſolid. Diuionenſes, & palefridum. Burchardo verò fratri ſuo* X. *ſol. Teſtes autem & adiutores huius concordiæ fuerunt.*

Epiſcopus domnus Stephanus.
Anſericus Auguſtidunenſis Præpoſitus.
Humbaldus Archidiaconus
Gotfredus Canonicus.
PONTIVS *Comes.*
Aderanius de Roca.
Hormundus de Frollero.
Gottefridus de Grinione.
Arnulfas de Muſiniaco.
Hubertus de Brienna.

Porro ex parte altera fuerunt,
SAVARICVS *Comes.*
Hugo de Monteregali.

Hugo

Digitized by Google

Hugo de Tilio.
Archenbaldus de S. Germano.
Giſlebertus de Griſiniaco, & Tetbaldus filius eius.
Paganus & Girardus fratres.

Poſtea apud Sinemurum laudauit hoc totum ille Burchardus coram Hugone fratre ſuo in præſentia Ducis HVGONIS; *& à Iosberto Priore v. ſolidos iterum recepit. Videntibus ex parte ſua Hugone fratre ſuo, & Vvinebaldo de Seleniaco, & Tetberto Præpoſito, & Siuuino de Griſiniaco. Et ex parte noſtra, Pontio de Argenteolo, & Hugone Chaſnart, & Gottefrido de Grinione, & Tetbaldo Præpoſito.*

Chartes tirées du Chartulaire de l'Abbaye de Ciſteaux.

NOTVM *ſit cunctis ſanctæ Eccleſiæ filiis, quòd domina* ELIZABET DE VIRZIACO *caſtro, conſenſu viri ſui domni* SAVERINI *Comitis, & filiorum ſuorum* SIMONIS & ARVEI, *conceſſerit Monachis ſanctæ Mariæ noui Monaſterij quicquid juris apud Britigniacum & Gymniacum poſſederat, nihil ſibi inde retinens, pro remedio animæ ſuæ, & omnium parentum ſuorum, & viri ſui ſupraſcripti, ac filiorum ſuorum. Domnus verò Haimo de Marriniaco caſtro, & vxor eius* AGNES, *& filij eorum Vvillelmus & Vvalo, & prædictæ mulieris de alio viro filij Doo & Vvarus, ac domnus Doo & vxor eius Ricantia, & filij eorum Hugo & Haimo: domnus quoque Herbertus, & mulier eius Teoſcelina, laudauerunt ac dederunt prædictis Monachis quod in præſcriptis duobus locis tenuerant, &c. Simili modo* HVGO ALBVS DE VIRZIACO, *& vxor eius, & filij eorum, Doo, Odo, Vvido, Milo, conceſſerunt ſanctæ Mariæ noui Monaſterij totum quod in illis locis poſſederant, &c. Eodem tempore domnus Odo Richi, & filij eius Vvido & Letaldus, ac Odo cognomento Viridis, & Bertrannus & vxor eius, & filij eorum, & frater Bertranni Pontius, & vxor eius ac filij eorũ, &c. Hoc etiam laudauerunt Hugo Burgun * miles de Virziaco caſtro, & vxor eius Domina nomine, ac filius eorum Girardus, & filia.*

* al. Buigun.

NOTVM *ſit omnibus quòd* DOMINA VIRZIACENSIS CASTRI ELIZABETH *nomine pro terra Gergulij, quam Pontius & vxor eius Auelina, & Odo frater eiuſdem mulieris illuc uſque tenuerant, dedit eis nummos & panes quos reddere ſolent homines de Vvallurhe & de Quinci pro affuiagio ſiluæ de Engincurt, & dedit eis fuiagium de Segroith, & ſex ſextarios annonæ & vnum quartarium in valle Vergiaci, & terram Amieti de Merhre &c. Hæc dedit eis Domina vt Gergulium redderent liberum Deo & ſanctæ Mariæ Ciſtercienſi. Pro quo etiam & Hugo Albus dedit eis hoc quod habebat in decima de Nui pro redemptione animæ ſuæ. Inſuper dedit eis Domina duos equos, & IV. libras & x. ſolidos, & nodellum aureum. Kalendis igitur Aprilis in caſtro* VRGIACENSI *apud ſanctum Dionyſium, coram Clericis & militibus caſtri, &*

alio populo, reddiderunt idem Pontius & Odo & Auelina totam terram de Gergulio in manu Dominæ, &c. Domina verò receptam terram Gergulij ex integro, reddidit eam totam integrè & purè, nil sibi penitus retentans, S. Mariæ Cistercienſi, in manus Monachorum eiuſdem loci Iohannis & Neuelonis, pro anima ſua & anteceſſorum ſuorum: præſentibus & videntibus & audientibus teſtibus ſubſcriptis, Henrico Archipresbytero, Leibaldo Craſſo & filijs eius Setfrido, & Guidone, & Odone. Sunt etiam teſtes, Hugo Albus, & Arnulfus Cornutus, & filius eius Rainaldus, &c. Poſtea prædictorum Pontij & Auelinæ filij Geobertus & Rainaldus, & Acherius, ac ſoror eorum Iſabel nomine, laudauerunt. Nam ſorores illorum Aldeuius, & Ermengardis, tunc temporis erant infciæ, & præ nimia pueritia necdum fari valentes. Huius autem indulgentiæ ſeu conceſsionis donum ſuper altare S. Mariæ apud Cistercium poſuerunt Pontius prædictus, & Odo cognomento Viridis auunculus ſæpedicti Geoberti, proſe & Geoberto & fratribus eius. Et hi ſunt teſtes, Teobaldus Capellanus, Robertus de Nui, Hugo Bulgun, Leotbaldus de Manni, Hugo Albus, Vvido & Milo filij Hugonis prædicti.

---

9. GVILLAVME I. COMTE DE CHALON, fils aiſné de SAVARIC DE VERGT.

Extrait d'vn ancien Liure Ms. intitulé, *Exordium Ciſtercienſis Ordinis.*

1113. TANTVS *erat numerus fratrum apud Ciſtercium, quòd nec ſubſtantia quam habebant eis ſufficere, nec locus in quo manebant eos conuenienter poterat capere. Placuit itaque Abbati eiuſdem loci* STEPHANO *nomine, ceteriſque fratribus, vt locum alium quærerent, in quo pars ipſorum ab aliis corpore non animo ſeparata, Deo deuotè & regulariter deſeruiret. Quem locum dum præfatus Abbas ſollicitè ac ſtudioſè perquireret, ad notitiam domini* GVALTERII *Cabilonis Epiſcopi, & Canonicorum eiuſdem ciuitatis, nec non ad aures duorum Comitum,* SAVERICI *videlicet, &* GVILIELMI, *aliorumque illuſtrium virorum iſta peruenit diſcuſsio. Qui vehementer indè gaudentes, & terram ſuam circumquaque perluſtrantes, Deo volente tandem locum idoneum prædictis Monachis ad Deo ſeruiendum, & regulariter viuendum inuenerunt; in quo eos honorificè ſuſceptos, ſicut Domino placuit, poſuerunt. Quibus inibi collocatis, duo ſupradicti Comites quandam partem ſiluæ, quam incolæ loci illius* Bragne *appellant, læto animo præbuerunt. Quam vtique partem, ne indè vltèriùs ab aliquo calumniam vel contentionem fratres preſcripti paterentur, preſente domino* GVALTERIO *Cabilonenſi Epiſcopo, & domino* STEPHANO *Ciſtercienſi Abbate, Vvidone de Virduno, & aliis quampluribus, ſicut opportunum fuit, de-*

Digitized by Google

signauerunt, fixis crucibus. In qua postea designatione, sicut duo Episcopi diffinierunt, dominus Gualterus Cabilonensis, & dominus Iocerannus Lingonensis, in dedicatione ipsius loci, vnanimi eorum consensu, qui ad ipsam venerant dedicationem, bannum statuerunt, quòd si quis fratrum jamdictorum possessionem, quam eodem tempore in eodem loco à prædictis Comitibus, SAVERICO, & VVILLELMO susceperunt, vllomodo infringeret, excommunicationi in perpetuum subjaceret, nisi Deo, & beatæ Mariæ, & fratribus ipsius Cœnobij de infractura satisfaceret. Sed & prædicti Comites reliquam partem silvæ Bragne videlicet, quæ extra terminum possessionis antedictorum fratrum erat, ad omnia necessaria sua explenda, ad vsus domorum, ad pastus suorum animalium, ad fœnum colligendum gratanter concesserunt. Acta sunt ista anno ab incarnatione Domini MCXIII. *Indictione* VI.

10. GVILLAVME II. COMTE DE CHALON, fils de GVILLAVME I.

Extrait de la Gaule Chrestienne de Cl. Robert, au Traité des Eueſques d'Autun.

HVMBERTVS *Augustidunensis Episcopus ex illustri Regum Franciæ stemmate, quo Præsule consecratur Ecclesia S. Lazari, cuius & capsam visitauit, Galtero Cabilonensi, Poncio Matisconensi, Gaufrido Lingonensi Episcopis; Rainardo Cistercij, Poncio Vezeliaci Abbatibus; Odone Burgundiæ Duce, &* GVILLELMO *Comite Cabilonensi præsentibus, anno Christi* M. C. XLVIII. *Dominica post festum beatæ Luciæ* XIII. *Decembris.* 1148.

Extrait de la Chronique de l'Abbaye de Cluny, en la vie de l'Abbé Pierre I. du nom ſurnommé Venerable.

ANNO *Domini* MCLIII. *propter nimiam & effrenatam longè plus solitò pessimorum raptorum malitiam, qui præcipuè in res Cluniacenses furiosè desæuiebant, rogatu domni* PETRI *Abbatis Cluniacensis, & amicorum Cluniacensium, domnus Odo sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Apostolicæ Sedis Legatus, domnus Eraclius Lugdunensis Archiepiscopus electus cum Suffraganeis Lugdunensis Ecclesiæ, hoc est Eduensi, Matisconensi, Cabilonensi Episcopis: cum Comite etiam Burgundionum Vvillermo, Comite Cabilonensi altero* GVILLELMO, *Humberto de Bellojoco, Iocerannо Grosso, Hugone de Berziaco, Hugone de* * *Scalciaco, & aliis Burgundiæ nobilibus non paucis, conuenerunt apud Matisconem in Ecclesia S. Vincentij. Qui tractarunt ibi circiter spacium trium dierum de negociis, & precipuè de pace Ecclesiæ Cluniacensis reformanda. Ita quòd coram vniuerso Clero & populo ciuitatis prædictæ decretum est ab* 1153.

* al. Discalceato.

Digitized by Google

eis iam prælibatis Dominis, vt Monachi dicti & laici, & omnes res ad Cluniacum pertinentes, quę infra terminos Araris, Ligeris, & Rhodani fluminum continentur, additis partibus illarum terrarum, quæ infra Eduęsem ciuitatem & castrum Camonis, quod est vltra Cabilonem, constitutæ sunt, plena & secura pace maneant. Et quicumque per dictum Cluniacum transeuntes cum ipsis & rebus ipsorum securi & pacifici permaneant & conseruentur. Ita quòd prædicti Domini de omnibus suis promiserunt prędictos Cluniacenses seruare indemnes, tam in rebus quam personis, etiam vsque procedere contra taliter malefacientes dictis Monachis Cluniacensibus vel rebus ipsorum ad arma, & obsidenda castra vel loca, in quibus tales malefactores se retraxerunt. Et habitatores ciuitatis Cluniacensis promiserunt ibidem dum hæc peragerentur, quòd quotiens essent requisiti de procedendo ad arma cum dictis Nobilibus & Dominis, quòd irent. Et etiam Prælati ex parte eorum contra tales promiserunt similiter procedere.

Extrait d'vn Regiſtre du Threſor des Chartes du Roy, cotté VII.

1166. *Ego* LVDOVICVS *Dei gratiâ Francorum Rex. Per longam Regum absentiam sine disciplina & freno justi regiminis longo tempore dissoluta fuit terra Burgundiæ, & illis qui in terra erant alicuius potentiæ licuit impunè & inter se decertare, & pauperes opprimere, & Ecclesiarum bona vastare. Nos propter tantam indignati malitiam, & Zelo Dei commoti, terram Burgundię cum copiis regni intrauimus, obtentu faciendi vindictas, & reformandi pacem in patria. Notum itaque facimus vniuersis & præsentibus & futuris, quòd cum sederemus* CABILONI *ad judicandum super negociis, & ad cognoscendum causas diuersas, inter alia audiuimus querimoniam Ecclesiæ Matisconensis contra Comitem* GERARDVM VIENNENSEM, *& ipse non potuit asserere se super Ecclesiam aliquid iuris habere, siue in Episcopi, siue in Capituli terris atque hominibus. Cognouit in plena Curia jamdictus Comes Girardus, quòd vacante Sede per mortem Episcopi Matisconensis nihil omninò habet in domibus Episcopalibus, neque in terris ad Episcopum pertinentibus, nec in rebus mobilibus. Professus est terras Ecclesiæ prorsus esse liberas, & affirmauit quòd in villis Clericorum neque procurationes, neque hospitationes, neque alias habet consuetudines: & quòd exactiones in terris Ecclesię amodo non faceret, fidem manualiter dedit, & juramento firmauit. In villa tamen Viriaci, in qua asserebat ex Comitatu se nihil habere, si dominum Miribelli aliquas consuetudines in ea habuisse probare posset, illas non remisit, & donec cognitæ essent pacem promisit. Quod vt cognitum sit & ratum in posterum, presentem paginam scripto nostro muniri præcepimus, subtus inscripto* Karactere *nostri nominis. Actum publicè Cabiloni anno incarnati Verbi* MCLXVI. *regni verò nostri* XXIX. *Astantibus in Palatio nostro quorum apposita sunt nomina & signa. S. Comitis Theobaldi Dapiferi*

Digitized by Google

noſtri. S. Guidonis Buticularij. S. Mathei Camerarij. S. Rodulfi Conſtabularij.

Extrait des Chroniques de France gardées en l'Abbaye de S. Denys.

ANNO MCLXVIII. *execrabile facinus, & huc vſque inauditum, per diuerſas tamen poſtmodum regiones diuulgatum, contigit in regno Franciæ anno iſto.* GVILLELMVS *namque Comes Cabilonenſis, miles rapaciſſimus & ſuperbus, diabolica cupiditate ſeductus, congregato Brabantionum ingenti exercitu, quorum inſania nec juris ordine regi, nec miſeratione deflecti nouit, nec religione terreri, aduerſus Eccleſiam Cluniacenſem tyrannidem ſtatuit exercere. Ad illam namque accedens cum ſatellitibus iniquis, Religioſi cum plebe, quia armis reſiſtere non valebant, Deo Eccleſiam & ſeipſos deuotè commendauerunt. Et vt ad miſericordiam & pacem tyrannus flecteretur, Monachi non ferro aut clypeo tecti, ſed diuinis armis & Eccleſiaſticis ornamentis induti, ſecum reliquias & cruces ferentes cum magna multitudine populi eidem obuiam proceſſionaliter proceſſerunt. Quos prædones videntes, in eos protinus irruerunt, eorum ſerica veſtimenta & jocalia aurea & argentea ſacrilegis manibus rapientes. Vteriùs quoque crudeliter debacchando more ferarum, quæ fame vrgente ad cadauera concurrunt, quingentos & eo amplius burgenſium Cluniacenſium atrociter occiderunt. Fama tam exceſſiui ſceleris per diuerſas regiones diſperſa ad notitiam peruenit Regis Franciæ Ludouici. Qui Eccleſiæ compatiens, Zelo juſtitiæ ad vltionem ſceleris animatur, & euocato Francorum ingenti exercitu, ad exterminationem prædicti tyranni feſtinauit. Quod audiens Comes impiiſſimus, territus eſt vehementer, & ſibi ipſi conſulens Regis præſentiam non auſus eſt expectare: ſed ad extraneas partes tendens, terram propriam fugiens derelinquit. Cùm autem Rex piiſſimus Cluniacum acceſſiſſet, & nequitiæ veritatem à Religioſis didiciſſet, coram eo mulieres maritis viduatæ pupillos ſugentes vbera bajulantes, vtriuſque ſexus juuenes paterno ſolatio deſtituti protinus conuenerunt. Qui pedibus regiis prouoluti, cùm lugubri clamore & maſtis ſingultibus ſuas æruminas declamantes, Majeſtatem regiam vt eis manum conſilij & auxilij miſericorditer porrigeret, ſupplicitèr exorarent, circumſtantes Proceres ad lacrimas commouerunt. Horum verò conſilio Rex Comitem exheredandum decreuit: terramque eius abſque obſtaculo intrans,* CABILONENSEM *ciuitatem, montem S. Vincentij, & circumadjacentem patriam gladio perdomitam occupauit, & medietatem Comiti Niuernenſi, alteram verò partem Duci Burgundiæ donauit perpetuò poſſidendam. Quoſcumque autem Rex ex Brabantionibus impiis potuit reperire, in vindictam patrati ſceleris ſuſpendi fecit patibulo: nec cupiam vitam voluit condonare, quamuis illam nonnulli ingenti pecunia redimi ſupplicarent. Sic peractâ condigna vltione, & pace Eccleſiæ Cluniacenſi redditâ, Rex victor in Franciam remeauit.*

Le continuateur d'Aimoin au Liu. v. Chap. LVI. rapporte la meſme choſe.

II. GVILLAVME III. COMTE DE CHALON, fils de GVILLAVME II.

Extrait de l'Hiſtoire de l'Abbaye de Vezelay eſcrite par Hugues Poiteuin Moine d'icelle, ſoubs l'an MCLXV.

REX verò LVDOVICVS *mouït exercitum aduerſus* GVILLELMVM *Comitem Cabilonenſem, propter peſſimam ſtragem quam* GVILLELMVS *filius eius exercuerat ſuper Cluniacenſes. Cùm enim occupaſſet caſtrum Lordonis, quod extat de jure Cluniacenſis Cœnobij, egreſſi ſunt maiores natu cum juuenibus de vico Cluniacenſi. Quos incautos, ſicut indoctum vulgus, docta manus militum Comitis protinus aggreſſa, fugam inire compulit, & ferè omnes ad internecionem deleuit. Mouens ergo Rex exercitum, occupauit caſtella & munitiones eius, & ipſam vrbem Cabilonenſium, omnemque terram illius vſque ad fluuium Ararim, quam deuaſtatam tradidit in manu Hugonis Ducis Burgundiæ, & Guillelmi Comitis Niuernis; quouſque puer ipſe qui cauſa malorum extiterat, venit Vizeliacum ante faciem Regis cum matre ſua, & prout potuit Regi ſatisfecit. Quia igitur totum pondus iſtius negocij Comitem Niuernis occupabat, diſtulit Rex diffinitionem controuerſiæ, quæ verſabatur inter ipſum Comitem & Abbatem, vſque in feſtum quod inſtabat beati Martini.*

Extrait de la vie du Roy Philippe Auguſte eſcrite par Rigordus.

1180. *Porro eodem anno regni ſui, videlicet primo, ad ſuggeſtionem antiqui ſerpentis hoſtis humani generis, egreſſi ſunt filij iniquitatis, ſcilicet Ymbertus de Bellojoco, &* COMES CABILONENSIS *cum complicibus ſuis, aduerſus Eccleſias Dei. Qui cùm grauiter contra regias immunitates ipſas Eccleſias grauare præſumpſiſſent, Clerici & viri religioſi ibi jugiter Deo ſeruientes ſignificauerunt omnia iſta mala domino ſuo Chriſtianiſſimo Francorum Regi. Tunc Rex pro defenſione Eccleſiarum & Cleri libertate collecto exercitu, terras eorum intrauit, & magnas prædas duxit, & in tantum ſuperbiam illorum & tyrannidem Domino operante confregit, quòd eis inuitis ablata Eccleſia in integrum reſtitui fecit, & Clericis ibidem Domino famulantibus pacem temporis reformauit, eorum orationibus humiliter ſe commendans.*

Guillaume le Breton au Liure I. de ſa Philippide.

CVM *Rex magnanimus eliminat omnibus horis*
Francorum ſcelera, ſcelerumque potenter amicos,
Catholicamque fidem nouus in regni nouitate
Hæreſibus pulſis ſtabilire per omnia gaudet.
Hebo Bituricus, & GVIDO *Comes* CABILONIS,

Digitized by Google

Imbertuſque ferox, qui caſtrum Bellijocenſe
Sub ditione ſua caſtellâque plura tenebat,
Eccleſiæ Chriſti ſimul Eccleſiæque miniſtris
Cœperunt inferre modis diſpendia multis
In patriis, vbi plus ſibi quiſque licere putabat.
Rex ætate puer, animo maturus & armis
Illos ſpe breuiùs bello confecit, & omnes
Eccleſiæ pedibus ſubmittere colla coegit.

Extrait d'vn Regiſtre du Threſor des Chartes du Roy cotté VII.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis*, PHILIPPVS *Dei gratiâ Francorum Rex. Ad querimonias Eccleſiarum contra earum impugnatores in multa regni copia* BVRGVNDIAM *intrauimus, vt quæ malefactorum iniuriis opprimebantur noſtro leuarentur auxilio, & firmam Eccleſiis pacem reſtitueremus. Controuerſiam verò Epiſcopi & Clericorum Matiſconenſium contra* GIRARDVM *Comitem Viennenſem ſub Petrapertuzio juxta Vizeliacum propter negocia terræ Burgundiæ decidenda ſedentes, Baronibus regni noſtri aſtantibus, ſine ſubjuncto determinauimus. Notum itaque facimus tam præſentibus quàm futuris, quòd in præſentia noſtra recitatum eſt priuilegium carisimi patris noſtri* LVDOVICI, *cuius hæc erat continentia, quòd Comes* GIRARDVS *Epiſcopali Sede vacante in domibus Epiſcopi ſiue rebus tam immobilibus quàm mobilibus nihil juris haberet, & quòd in rebus Clericorum & villis nullas habet procurationes, nullas hoſpitationes, nullas exactiones, nullas conſuetudines. quæ omnia nos etiam firmauimus. Ibidem inſuper à nobis decretum eſt, quod idem Comes in villa Maſtigonenſi nullam firmitatem habere debeat præter turrim ſuam, quam tunc temporis habebat. Clericis verò clauſtrum vtrumque, videlicet Eccleſiæ, & clauſtrum domorum, cum vniuerſis domibus ſuis infra ambitum clauſtri contentis, pro beneplacito ſuo licebit firmare, & in villis ſuis, in quibuſcumque aliquo tempore firmitates habuerant, præcipuè apud S. Clementẽ, firmitates ædificare vel augere, &c. Subjecerat autem vtraque pars ſe noſtro arbitrio. Vnde Comes* THEOBALDVS *auunculus noſter noſtri auctoritate arbitrij de querimoniis Clericorum quod prædictum eſt judicauit. De domo verò quam Comes* GIRARDVS *in eadem ciuitate habebat, quia ſupra conſuetum ſtatum firmitatem eidem domui adjecerat, in Curia noſtra arbitratum eſt, quòd quotieſcumque nobis vel noſtris expediret, eandem domum nobis vel noſtris liberè redderet, vt hominum multitudinem ſiue paucitatem iuxta beneplacitum noſtrum ibidem imponeremus, &c. Actum apud Petrapertuſium anno incarnati Verbi* MCLXXX. *regni noſtri anno* L.

Charte extraite du Chartulaire de l'Abbaye de Cluny, num. CXCVII.

QVONIAM *quæ à fidelibus geruntur ad conſeruandam memoriam*

Digitized by Google

litterarum ſolent apicibus commendari. Idcirco ego VVILELMVS *Dei miſeratione Comes Cabilonenſis preſenti paginæ præcepi inſerendum, qualiter inter me & Eccleſiam Cluniacenſem ad bonum pacis & concordiæ conuenerimus, ſuper querelis quas eadem Eccleſia Cluniacenſis & Domus de Paredo aduerſus me diu habuerant. Nouerint igitur vniuerſi præſentes & futuri, quòd Eccleſia Cluniacenſis frequenter conqueſta fuerat de preſſuris vehementibus, & exactionibus peſſimis, quibus ego &* PATER MEVS, *peccatis noſtris exigentibus, Domum de Paredo & tenentias eius, ac terram Eccleſiæ afflixeramus. Cùm autem tempore patris mei, & meo, ab Abbatibus Cluniacenſibus & Prioribus Paredi ſuper hoc eſſet fruſtra ſæpenumerò laboratum, nouiſſimè conuenimus apud Lordunum, domnus videlicet* THEOBALDVS *Abbas Cluniacenſis, & Ioannes Prior Paredi, cum quibuſdam Senioribus Cluniaci, & ego cum quibuſdam militibus & hominibus meis: & tandem victus ratione, & ſaluberrimis monitis & precibus memorati Abbatis adquieſcens, ſimulque peccatorum meorum immenſitatem conſiderans, ob remedium animæ meæ, & anteceſſorum meorum, gurpiui penitus & quittaui omnes conſuetudines & exactiones, quas ego & pater meus in terra Eccleſiæ contra juſtitiam & æquitatem in periculum animarum noſtrarum acceperamus. Recognoui igitur, & confeſſus ſum quòd in villa Paredi, & pertinentiis eius, & in vniuerſa terra eius, non habeo talliam, vel porcellagium, vel beſengium, vel meſſionagium, ſeu annonagium, vel corredum. Quæ omnia ego & miniſtri mei plerumque violenter accipiebamus. Præterea homines Eccleſiæ quandoque in expeditiones meas ire cogebam, & opera mea facere compellebam, videlicet in foſſatis meis erigendis, & caſtellis conſtruendis, quæ omnia penitus guerpiui & remiſi: ita quòd hæc omnia, quæ prædixi, à me, vel ab heredibus, aut miniſtris meis, deinceps nullatenus requirantur. Et vt breuiter comprehendam, in villa Paredi, vel terra Eccleſiæ, nullam mihi juriſdictionem vel conſuetudinem, excluſa omni concertatione, retinui, præter illa quæ ſubjecta ſunt. Quaſdam ſiquidem conſuetudines mihi de iure deberi aſſerebam, quas Monachi negabant, quoniam in Cartis nobilium virorum* HVGONIS & THEOBALDI *Comitum Cabilonenſium non continebantur. Dicebam enim mihi à Priore Paredi deberi ſagmarium & cuſtodem eius cùm in exercitum Regis perrexero, & cyphum corneum cum duabus cochlearibus corneis, prædictum ſagmarium in reditu meo redditurus, nec aliter deinceps recepturus alterum. Porrò dum per terram meam ſimpliciter deambulauero, procurationem ſemel aut bis in anno in hoſpitio Paredi mihi deberi aſſerebam: ita quòd in multitudine ſociorum domum non grauarem. Receptionem quoque plenariam apud Tolonum ſemel in anno, quam quærebam, ſi quando ad clamorem Prioris & Eccleſiæ Paredi, pro damnis Eccleſiæ illatis, cum armata manu ſuper aliquem vicinorum pergere me oportuerit. De ſingulis domibus Paredi ſingulos homines cum armis mecum ituros dicebam, ita tamen quòd ad domos ſuas poſſint*

Digitized by Google

poſsint ipſa die reuerti. Super his quatuor conſuetudinibus, quas ego quærebam, & Monachi negabant, ne bonum pacis inter nos impediretur, ita dictum eſt: Quòd ſi eas habere voluero, non ſtatim violenter extorquebo: ſed appellabo ſuper his Abbatem Cluniacenſem, & Priorem Paredi, quod iuſtitia dictauerit inde accepturus. Licebit quoque Abbati & Priori Paredi me de gurpitione conſuetudinum iſtarum appellare quando voluerint, & ego eis de jure reſpondebo, quod ratio dixerit ſeruaturus. Dictum præterea quòd in carredo Prioris, quo vinum de vineis ſuis aut alienis ad vſum Monachorum de partibus Cabiloni adducere ſolet, non debeo pedagium accipere. Si verò Prior ad hoc vinum comparatum adduxerit, vt illud denuò vendat, licebit mihi indè accipere pedagium. Procurationem quoque, quam apud Digonz ſemel in anno quærebam, in manu memorati Abbatis Cluniacenſis guerpiui & remiſi. De hominibus ſaluamenti diffinitum eſt, quòd homines Eccleſiæ, qui terram meam non tenent, ſeruitium quod tenemento impoſitum eſt mihi perſoluent. De cetero, quoniam gratiam & amorem Cluniacenſis Eccleſiæ mihi plurimum adquirere cupio, ſtatui firmiter & conceſsi, vt nullus de villa Cluniacenſi per terram meam futuris vmquam temporibus pedagium ſoluat, ſed de me & hominibus meis vadat ſecurus. Vt autem huius pacis bonum omni tempore inuiolabiliter obſeruetur, preſentem paginam ſigilli mei impreſsione muniri præcepi, & ad teſtimonium huius mutuæ compoſitionis rogaui Eduenſem & Cabilonenſem Epiſcopos, vt & ipſi ad hoc ſigillorum ſuorum firmitatem apponerent.

Teſtes ſunt ex parte Monachorum, Bernardus Prior Cluniacenſis, Rainaldus & Nicolaus cuſtodes Ordinis, Petrus de Maſiaco & Sofredus Camerarij, Guillermus Colugiers Eleemoſynarius, Aymo Prior de S. Saluio, Gerardus Decanus de Bellomonte, Berardus Decanus de Lordone, Robertus & Siguinus ſocij Abbatis.

Ex parte mea, Gerardus de Reum, Letaldus de Caluomonte, Hugo filius eius, H. de S. Albino, H. de Petra-campi, Pacherius Auenguz joculator.

De familia Abbatis, Durannus de Varennes, H. Caprarius, Belluſmons.

Actum apud Lordonum anno ab incarnatione Domini MCLXXX. PHILIPPO *Rege Francorum regnante in Francia anno regni eius* II.

Digitized by Google

12. BEATRIX COMTESSE DE CHALON fille de GVILLAVME III.

Extrait du Threſor des Chartes du Roy, Layette intitulée *Bourgongne VII.* num. 23.

1197. NOVERINT vniuerſi præſentes & futuri, quòd ego STEPHANVS Comes AVXONÆ, & ODO DVX BVRGVNDIÆ, *inter nos pactiones has habemus, quòd ego laude & aſſenſu* BEATRICIS *vxoris meæ, &* STEPHANI *filij mei, & heredum meorum, cepi de Odone Duce Burgundiæ in feodum & caſamentum Auxonam villam meam cum caſtro, jurabilem & reddibilem ſibi & ſucceſſoribus ſuis, quotiens Dux vel ſucceſſores ſui requiſierint, ſalua fidelitate ſancti Viuentis de Vergeyo. Ita videlicet quòd Auxona Duci vel ſucceſſorib. ſuis deeſſe non poteſt pro aliqua re, quam Prior vel Monachi ſancti Viuentis dicant, niſi pro foreſacto fuerit apparenti, & illud noluerit Dux emendare. Et ſi Prior vel Monachi emendationem foreſacti per Comitem Auxonæ capere noluerint, non ideò Auxona Duci deerit. Quòd ſi quandoque contigerit, quòd Prior & Monachi feodum Auxonæ eſchangire voluerint, vel vendere; ego vel ſucceſſores mei idem feodum à manu Monachorum alienare non poſſumus, niſi grato & voluntate Ducis Burgundiæ. Quòd ſi feodum nominatum ſancti Viuentis Dux Burgundiæ aliquo tempore ſibi acquirere poterit, ego & ſucceſſores mei hoc volemus, & concedemus, & bona fide perquiremus. Sed Dux Burgundiæ aliud quàm feodum à ſæpedictis Monachis in villa Auxonæ ſibi acquirere non poterit. Et ſciendum quòd ego, & Prepoſitus meus Auxonæ, ſe quinto meliorum hominum eiuſdem villæ, juramus Auxonam cum caſtro jurabilem & reddibilem Duci Burgundiæ & ſucceſſorib. ſuis contra omnes. Hoc excepto, quòd ego & ſucceſſores mei in prædicto caſtro manſionem noſtram habebimus, & ſi Duci Burgundiæ neceſſitas incubuerit, prædictum caſtrum Ducem Burgundiæ juuabit: & Dux & ſui in eodem caſtro receptaculum ſuum habebunt. Quòd ſi ego in hominium Comitis* OTTONIS *redire, & adipſum ire voluero, ego Duci Burgundiæ ſæpedictum caſtrum reddam, & totam villam. Et ſi Dux vel ſui in eadem villa aliquod damnum interim fecerint, præter quàm de fœno & ſtramine, Dux infra* XL. *dies, poſtquàm inde ſubmonitus fuerit, emendabit. Et infra ſeptem dies, poſtquàm Dux negocium ſuum de caſtro & villa fecerit, Dux caſtrum meum & villam meam bona fide mihi reddet. Inde eſt, quòd* ODO *Dux Burgundiæ & ſucceſſores ſui me & ſucceſſores meos juuare debent contra Comitem Othonem & ſucceſſores ſuos, quotiens ego & Comes Otho inter nos guerram habuerimus: & ego vel ſucceſſores mei Ducem Burgundiæ ſubmonuerimus, & contra omnes alios: dum ego per manum Ducis*

Digitized by Google

*Burgundiæ eis ſtare iuſtitiæ voluero, excepto contra Regem Franciæ. Et Dux Burgundiæ hoc feodum contra omnes defendere tenetur. Actum ſub his teſtibus, Magiſtro Hugone Canonico, Poncio de Granceyo, Guidone de Tylio, Stephano Villano, Radulpho de Pomart, Ioanne Prepoſito Divion. ex parte Ducis. Ex parte noſtra, Galtero de Vangionis-riuo, Guidone de Ponſuello, Hugone de Roncieis, Stephano de ſancto Cyro, Henrico de Lanchenay, Gaufrido de ſancto Prie. Anno incarnati Verbi * milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo.*

* *Male apud Gelutum* 1127.

Extraits d'vn Abregé de Chroniques Mſs. apartenans à Monſieur l'Abbé de Meſieres prés Beaune.

En l'an 1180. fut fait certain accord entre Gvillavme par la grace de Dieu Comte de Chalon d'vne part, & Thibault Abbé de Cluny, & Iean Prieur de Paroit le Monial & de Thoillon: par lequel entr'autres choſes les hommes de Cluny ſont francs de peages en toutes les terres dudit Comte, & regnoit lors pour la 13. année Philippe Roy de France.

En l'an 1205. Bietrix Comteſſe de Chalon confirma la Charte de feu Gvillavme Comte de Chalon ſon pere, de l'accord fait entre ledit Comte & l'Abbé de Cluny, duquel eſt cy-deſſus faite mention. 1205.

Oudit an 1205. Alexandre frere du ſuſdit Ode Duc de Bourgongne donna par ſon teſtament és Moynes de Maſieres vn bois dit la Malle-Raye, & vn muid d'aueine en la ville de Sereny *, & lx. ſols ſur ſon peage de Chaigny pour ſon anniuerſaire. Et confirma ladite donation ſa femme, comme il appert par trois paires de lettres, qui ſont audit Maſieres.

Pierre de S. Iulien en ſon Traité des Antiquitez de Chalon.

Se trouue qu'en l'an mccv. les Chroniques de S. Benigne de Dijon rapportent Beatrix Comteſſe de Chalon fille vnique de l'auantnommé Gvillavme Comte de Chalon, (& femme du Prince Alexandre frere puiſné de Ode III. du nom Duc de Bourgongne,) auoir confirmé l'accord fait entre ledit Comte Guillaume ſon pere, & les Abbé de Cluny & Prieur de Pared ſuſdits, touchant les hommes de Cluny francs de peage. Ie ne ſuis ſeul que cette Comteſſe Beatrix tient en peine. Aſſez d'autres ſe trouuent empeſchez à ſçauoir de qui elle fut femme. Outre l'opinion ſuſdite, il n'y a faute d'Autheurs qui penſent que veritablement Eſtienne Comte de Bourgongne, celuy qui pacifia auec Othon Duc de Meranie les differents du Comté de Bourgongne, fut mary de ladite Beatrix, & qu'il en eut Iean Comte de Chalon.

De verité ie trouue qu'en meſme temps vn Iean fils du Comte

Digitized by Google

Eſtienne eſtoit Comte de Chalon, & vn Iean fils de Beatrix ſemblablement Comte dudit lieu. Et d'autant que la verité de l'hiſtoire ne reçoit en meſme temps deux Comtes tous deux nommez Iean, il y auroit raiſon de n'en faire qu'vn fils deſdits Eſtienne & Beatrix. Quant à Iean Comte de Chalon fils d'Eſtienne, ceux qui modernement ont traité de l'Hiſtoire & des affaires de Bourgongne, n'en font doute. Et quant à Iean Comte de Chalon fils de Beatrix ſuſdite, i'en ay certitude par les anciens tiltres de l'Egliſe Cathedrale de Chalon, qui tous, quand il eſt queſtion dudit Comte Iean, le rapportent fils de la Comteſſe Beatrix. Notamment entre diuers traitez faits auec ladite Beatrix ouledit Iean par les Doyen & Chanoines de Chalon, s'en trouue vn au fait de la terre de Chônois, que nous appellons la Preuoſté de Buxi, duquel ie mettray icy les mots qui ſeruent à l'hiſtoire. *Nos* IOANNES *Comes Cabilonenſis. Vniuerſis notum facimus quòd nos literas* BEATRICIS *domine & matris noſtræ, ſigillo eius & ſigillo reuerendi Patris* ROBERTI *quondam Epiſcopi Cabilonenſis ſigillatas tenuimus, vidimus & inſpeximus, & in præſentia noſtra multotiens legi fecimus. quarum tenor talis eſt.* NOTVM *fiat vniuerſis præſentibus & futuris, quòd cùm ego* BEATRIX *Comitiſſa Cabilonenſis & mei pariter multa damna & grauamina indebita feciſſemus Canonicis Cabilon. & hominibus eorum in poteſtate de Chonnois, & alibi, &c.* Tout ce Tiltre eſt vne reparation des entrepriſes induës faites par les Officiers de Buxi és terres & ſur les hommes de Chapitre. Et ce qu'en fut tranſigé en l'an MCCII. le XIIII. des Calendes de Ianuier, entre ladite Comteſſe Beatrix & ledit Chapitre, fut confirmé, ratifié, & approuué par le ſuſdit Iean Comte de Chalon au mois de Feurier l'an MCCXXXI. à Chalon.

Chartes dont les originaux ſont en l'Abbaye de Theulley.

Ego STEPHANVS *Burgundiæ Comes, per præſentis paginæ monumentum, & per ſigilli mei impreſſionem notum facio præſentibus ſeu futuris, quòd Eccleſiæ Theoloci vnam monteam ſalis apud Laudonium dederim, & ſecundam ſi ab hominibus meis eam acquirere potuerint conceſſerim. Dedi etiam eis ibidem hominem vnum ad nutum domini Guidonis de Erlai, & Humberti de Paerne. Teſtes ſunt, Bernardus Abbas Bellæuallis, Lucas Abbas Carilocī, Henricus Abbas Clariſontis, Theobaudus Abbas de Caritate, & dominus Theobaudus de Rubeomonte, & Magiſter Erpinus. Hoc totum laudauit* IVDIT *vxor mea. Teſtes ſunt prædicti Abbates, & Theobaudus de Rubeomonte, & Guillelmus de Cies, & Hugo de Roſeis, & Odo de Dampetra. Actum eſt hoc Clariſonte anno ab incarnatione Domini* MCLXXIII.

1213. *Notum ſit vniuerſis præſentibus & futuris, quòd ego* STEPHANVS *Comes Burgundiæ, laudante* IOHANNE *filio meo conceſſi in elemoſy-*

ham fratribus & domui de Theoloco burgenſem vnum apud Laons cum omni tenemento ſuo, & tres monteiàs muriæ liberè & abſque omni exactione in perpetuum poſsidere. Vnam ſcilicet monteiam, quam PATER MEVS *jamdictis fratribus in elemoſynam dederat, & duas alias quas poſtea ab hominibus meis acquiſierunt. Quod vt firmum & inuiolatum habeatur, ſigilli mei, & ſigilli* IOANNIS *filij mei munimine preſens pagina confirmatur. Actum anno ab incarnatione Domini* MCCXIII.

Charte rapportée par Pierre de S. Iulien en ſon Traité des Antiquitez de Chalon.

Ego D. miſeratione diuina Epiſcopus, & Capitulum Cabilonenſe, 1221.
& ego ALIX *Duciſſa Burgundiæ, & ego* BEATRIX *Comitiſſa Cabilonenſis. Omnibus notum facimus quòd nos elegimus duodecim Dictores, qui juramento præſtito nos ſuper conſuetudinibus & jure, quod vnuſquiſque noſtrum habeat apud Cabilonem, certificarent, &c. Actum eſt hoc anno ab incarnatione Domini* MCCXXI. *menſe Auguſto, die Iouis poſt feſtum beati Bartholomei.*

Lettres dont les originaux ſont au Threſor des Chartes du Roy.

Ego BEATRIX *Comitiſſa Cabilonenſis. Notum facio omnibus tam præſentibus quàm futuris, quòd ego teneo in feodum & homagium de cariſſimo domino meo* HERVEO *nobili Comite Niuernenſi, cum aliis feodis quæ de ipſo teneo, Saluamentum cum pertinentiis ſuis, Tolum cum pertinentiis ſuis, Claſsiacum cum pertinentiis ſuis, & feodum de Bonham cum pertinentiis ſuis jurabile & reddibile, ſicut dominus Petrus de caſtro Montanæ à me tenet, &c. Actum apud Chenauias anno gra-* Chenauues.
tiæ MCCXXI. *menſe Aprili.*

Excellentiſsimo domino ſuo LVDOVICO *Dei gratiâ Francorum* 1223.
Regi, BEATRIX *Comitiſſa Cabilonenſis ſalutem, & paratam in omnibus ad obſequia voluntatem. Mandatum veſtrum recepimus ſub hac forma.* LVDOVICVS *Dei gratiâ Francorum Rex dilectæ ſuæ Comitiſſæ Cabilonenſi ſalutem & dilectionem. Quoniam audiuimus excuſationem veſtram, quod ad nos pro eſſonio corporis veſtri perſonaliter accedere non poteſtis, vobis mandamus, vt fidelitatem noſtram coram Archiepiſcopo Lugdunenſi & Epiſcopo Cabilonenſi, vel coram altero eorum faciatis, tali modo quod nobis & heredibus noſtris contra omnes homines & feminas qui poſſunt viuere & mori fidelitatem obſeruabitis & vitam, jura noſtra, & honorem noſtrum terrenum bona fidè. Hæc autem ſupradicta coram dictis Archiepiſcopo Lugdunenſi, Epiſcopo Cabilonenſi, vel coram altero eorum jurabitis ſuper ſacroſancta; fideliter obſeruanda, & indè nobis litteras veſtras patentes facietis, & per nuncium alterius eorum eas nobis mittatis. Actum apud Senonas anno Domini* MCCXXIII. *menſe Auguſto. Nos autem propter gratiam quam nobis in hac parte feciſtis affectuoſas vobis gratias referentes, hominium & fidelitatem ſecundum formam ſupraſcri-*

Digitized by Google

pram in manu prædicti Archiepiſcopi, qui hoc ex nomine veſtro recepit, fecimus vobis, & ea ſupra ſacroſanctã fidem iuramus nos tenere. Hoc tamen ſciat veſtra ſerenitas, quòd hominium ligium Duci Burgundiæ debemus. Quòd autem fidelitatem & hominium vobis fecerimus ſecundum quod mãdaſtis, patentes noſtras litteras vobis mittimus in teſtimonium veritatis. Actum apud Montem ſancti Vincentij. Anno Domini MCCXXIII. *tertio Nonas Septembris.*

Seellé d'vn ſeau de cire iaune en ouale, où eſt repreſentée vne Dame tenant vne fleur de lys en ſa main, & à l'entour ſe void eſcrit SIGILL. BEATRICIS COMITISSÆ CABILON.

Extrait d'vn brief Recueil des anciens Comtes de Chalon.

1225. BEATRIX *Comitiſſa Cabilonenſis mater* IOANNIS *Comitis fol. 45. in Chartulario Eccleſiæ, & fol. 47. Dicta Beatrix erat Comitiſſa anno 1225. in Nouembri fol. 50. in Inuentario Eccleſiæ num. 39.*

Extrait de la France Chreſtienne de Claude Robert, au Traité des Monaſteres de France, Lettre F.

1227. FIRMITAS *diœceſis Cabilonenſis prima Ciſtercij filia ad Gronam fluuium &c. Viſuntur autem hîc ſepulchra Durandi & Theobaldi Epiſcoporum Cabilonenſium, ac* BEATRICIS *Comitiſſæ Cabilonenſis* VI. *Idus Aprilis* MCCXXVII. *defunctæ.*

Lettres tirées de l'Hiſtoire de Beſançon eſcrite par Iean-Iacques Chifflet, Partie I. pag. 220.

SCIANT *præſentes & futuri, quòd ego* IOANNES *Comes Cabilonenſis ſuſcepi in protectione mea Ciuitatem Biſontinam & Ciues vniuerſos cum rebus eorum, vbicumque fuerint: addito etiam, quòd ſi dominus Archiepiſcopus, vel Vicecomes, vel Villicus eiuſdem Ciuitatis, vel quilibet alter aduerſus eos aliquam moverit querelam, quandiu iuri ſtare voluerint in Curia Biſontina, infra Ciuitatem conſilium & auxilium meum fide data teneor conferre à proximo Paſcha vſque ad quatuor annos, ſub remuneratione centum librarum Stephanienſium annuatim mihi perſoluendarum. Si autem prædicti Ciues me proſuis vocauerint negociis, in expenſis victualium, & ferraturis equorum, ad cognitionem quatuor Ciuium, mihi prouidere tenentur. Et ſi me proipſis in expeditionem ire contigerit, & aliquod caſtrum obſidere, vel munitionem aliquam, in expenſis & ferraturis, quandiu fuero in obſidione, mihi vt ſupra dictum eſt tenentur prouidere: in eundo & redeundo non tenentur. Si autem ego vel mei aliquod damnum alicui intulerimus, dictis Ciuibus garantiam teneor ferre. Et ſi jamdicti Ciues aliquod intulerint, ſi opus fuerit, in Curiam Biſuntinam, vel ad cognitionem quatuor ciuium debent emendare, vel iuri ſtare. Præterea, ſi aliquid lucrati fuerimus in prædis vel ſpoliis, medietas cedet mihi, & alia Ciuibus. Et ſi caſtrum, vel munitiones, vel tales per-*

Digitized by Google

ſonas ceperimus, de quibus pax valeat tractari, debent reſeruari vſque ad pacem ſi fieri poteſt, vel deſtrui, vel redimi ad cognitionem quatuor Ciuium. Et ſi redemptio facta fuerit, per medium diuidetur. Si verò Ciues pacem fecerint, meam pacem cum ſua debent facere, ad conſideratione[m] quatuor Ciuium. Et ſi de ſupradictis in aliquo reſilirem, quod abſit, ego infra ciuitatem Biſuntinam oſtagium data fide tenerem, donec ad cognitionem quatuor Ciuium ſoret emendatum. Et ſi non tenerem, Gerardus dominus de Durnes, Guilelmus miles de Poiſſuel, & dominus Philippus de Abens, & dominus Simon de Memiré, & dominus Vilelmus de Chaſtaillon, & alij plures, oſtagium fide data tenerent. In huius rei teſtimonium præſentem paginam ſigillo meo feci roborari. Actum anno gratiæ MCCXXIIII. *menſe Septembri.*

Extrait d'vne Charte rapportée par Cl. Iurain en ſon Hiſtoire des Antiquitez d'Auſſonne, p. 23.

IE ESTIENNES Cons de Bourgongne, & ie IEHANS Cons de Chalon, & ie AGNES fame li Conte ESTEVENON faceons ſauoir à tous cels qui verront eette Charte, que nous auons mis Auſſonne, & cels qui en la ville habiteront, en tels couſtumes, & à tels franchiſes, &c. Ce fut fait l'année de l'Incarnation de noſtre Seigneur mil deus cents & vingt-nuef. 1229.

Extraits du Chartulaire de Champagne gardé en la Chambre des Comptes de Paris.

Literæ quibus IOANNES *Comes Cabilonenſis pacificauit cum Comite Barri in præſentia Romani Cardinalis Legati, & promiſit reddere litteras quas Comes Barri fecit pro exeundo de priſone ipſius, & aliasi præter eas quas dominus Henricus de Vienna habuit à domino Iocerando Groſſo, &* STEPHANO *Comite patre ipſius Iohannis. Actum apud Beſuam* XVI. *Kal. Iulij, anno* 1227.

Conuentiones matrimonij inter IOANNEM *filium primogenitum Simonis de Ioinuilla ex vxore ſua* BEATRICE *filia Comitis Stephani de vltra Saonam, & Aelidim filiam Mariæ Comitiſſæ Grandiſprati. De quibus conſtituerunt plegium Comitem Campanie, ſi Henricus Comes Grandiſprati nollet acceptare conditiones. Anno* 1231. 1231.

Chartes tirées du Chartulaire de l'Abbaye de Ciſteaux.

Ego IOANNES *Comes Cabilonenſis, & ego* MATILDIS *vxor eius. Notum facimus vniuerſis, quòd cùm maiorem juſtitiam villæ de Corcellis dominus O. Dux Burgundiæ ſibi retinuiſſet, quando dedit in elemoſynam dictam villam cum pertinentiis & prouentibus ſuis fratribus Ciſterc. Et poſtmodum dominus H. Dux Burgundiæ filius eius, & domina A. Duciſſa mater ipſius H. eandem maiorem juſtitiam prefatæ villæ nobis dediſſent, & aſſignaſſent ſicut potuerunt pro quadam ſumma* 1232.

Digitized by Google

pecuniæ ſiue annui reddituſ exindè ſingulis annis pro eſcambio ſeu occaſione cuiuſdam partis dotalitij ſiue maritagij mei dictæ M. recipienda, ſeu in recompenſationem alicuius partis dicti maritagij ſeu dotalitij, vel occaſione promiſſionis vel obligationis inde factæ, ſiue alia quacumque cauſa vel occaſione. Nos prædicti Io. & M. ſi quid actionis, ſi quid juris, vel rationis, ſi quid dominij & poteſtatis, ſi quid poſſeſſionis habebamus aliquo modo vel tempore vel habere videbamur in prædicta maiori juſtitia, & in poteſtate dictæ villæ &c. vterque videlicet noſtrum in ſolidum cedimus, tradimus, & omninò remittimus & quittamus bona & ſpontanea noſtra voluntate Abbati & fratribus Ciſterc. liberè & abſolutè &c. Actum in caſtro Lantenai anno MCCXXXII. *Idus Iunij. In confirmationem autem dictorum omnium & teſtimonium, præſentes litteras ſigillorum noſtrorum impreſſionibus & muniminibus roborare fecimus & ſigillari. Nos quoque* AELIDIS *prædicta Duciſſa Burgundiæ, & ego* V. DE VERGEIO *frater eius dominus de Mirebello, in quorum præſentia omnia prædicta facta ſunt, ad preces vtriuſque partis præſentibus litteris impreſſionem ſigillorum noſtrorum fecimus apponi in teſtimonium veritatis.*

Ego H. Dux Burgundiæ. Notum facio quòd cum felicis recordationis O. Dux Burgundiæ pater meus olim in perpetuam elemoſynam dediſſet Ciſtercienſibus villam ſuam de Corcellis, cum omnibus pertinentiis & prouentibus ſuis, retenta ſibi maiori juſtitia, tali conditione quòd eam nulli alij poſſet dare, vel alio aliquo modo à ſe alienare. Poſtmodum, longo tempore poſtea ego antedictus H. Dux, & domina A. mater mea, contra tenorem litterarum dicti patris mei temerè venientes, dictam maiorem juſtitiam dictæ villæ domino I. Comiti Cabilonenſi, & dominæ M. vxori ſuæ amitæ meæ conceſſimus, dedimus, & aſſignauimus ſicut potuimus pro quadam ſumma pecuniæ ſiue annui redditus exinde ſingulis annis pro eſcambio ſeu occaſione cuiuſdam partis dotalitij ſiue maritagij dictæ M. recipienda, ſeu in recompenſationem alicuius partis prædicti maritagij. Demum verò murmurantibus & conquerentibus ſuper hoc ſæpius Ciſtercienſibus, & dicentibus quòd iſtud de jure fieri non potuit nec debuit vllo modo. Actum eſt quòd præfati Io. & M. fratribus Ciſterc. ceſſerunt, dederunt, & omnino quittauerunt ſi quid juris, actionis, vel rationis habebant vel habere poterant occaſione prædicta, vel alia qualibet, in maiori juſtitia dictæ villæ, intus & extra, & in villa, & in omnibus pertinentiis eius, &c. Ego AELIZ *Duciſſa mater dicti H. Ducis præfatam elemoſynam laudo, confirmo, & ratam & gratam habeo &c. Actum anno Domini* MCC. XXX.II.

Extrait de l'Inuentaire de la Chambre des Comptes de Dijon.

1234. Lettres de Dame MAHAVT Comteſſe de Chalon, par leſquelles elle vend à HVGVES Duc de Bourgongne ſon nepueu cent quatre

quatre muids de vin de rente que elle auoit à cauſe de dot à Pommart, & leſquels IEAN Comte de Bourgongne & de Chalon ſon mary tenoit en fief dudit Duc. l'an 1234. ou mois de Iuillet.

Extraits d'vn Abregé de Chroniques apartenant à feu Monſieur l'Abbé de Meſieres pres Beaune.

En l'an MCCXI. Othes Duc de Meranie, Comte Palatin de Bourgongne, fiſt portion à ESTIENNE Comte de Bourgongne telle, qu'il quitta audit Eſtienne & à ſes hoirs toutes querelles qu'il auoit enuers luy du Comté de Bourgongne, & luy rendit la ville de Choix, qu'il luy deuoit acquitter de Dame Marguerite Dame d'Oyſi iadis Comteſſe de Bourgongne, qui tenoit ladite ville de doüaire. Et auſſi donna à IEAN fils dudit Eſtienne le fief de Beauuoir, & tous les chaſteaux & forterefſes que ledit Comte Eſtienne & les ſiens auoient fermez. Et luy quitta tous les fiefs qu'il auoit acquis.

En l'an MCCXVII. ou mois d'Octobre le Duc Odo de Bourgongne octroya ſes lettres patentes à ESTIENNE Comte de Bourgongne, & ſire de Salins, contenants la forme qui s'enſuit. *Ego* ODO *Dux Burgundiæ præſentibus & futuris notum facio, quòd cum dilectus conſanguineus meus Comes* STEPHANVS *fecit mihi ligium homagium de feudo quod tenebat de Comite Burgundiæ idem Comes, ſcilicet de feodo Matiſconæ, & quæ Comes* VVILLELMVS *de dicto Stephano ligiè tenebat, conceſſi eidem Comiti Stephano, quòd quando heres legitimus qui Comitatum Burgundiæ tenebit venerit, & homagium meum fecerit, ſupradictus Comes Stephanus..... fidem meam, in homagium Comitis Burgundiæ de prædicto feodo reuertatur. Quod vt ratum habeatur, preſens ſcriptum ſigillo meo confirmaui. Actum eſt hoc apud Larray anno gratiæ* MCCXVII. *menſe Octobri.*

L'an MCCXXVII. par le moyen du Cardinal de S. Ange fut fait certain traitté de paix entre Othes Duc de Meranie, Comte Palatin de Bourgongne, & le Comte ESTIENNE de Bourgongne, & IEAN Comte de Chalon, en telle maniere que ledit Eſtienne deuoit faire hommage audit Duc de Meranie, & reprendre de luy Rochefort, Oiſelet, & autres choſes declarées au Traité de paix.

En l'an MCCXXVIII. l'Empereur donna à Eſtienne Comte de Bourgongne la ville de Luxeul.

En l'an MCCXXIX. ESTIENNE Comte de Bourgongne, IEAN Comte de Chalon, & Agnes femme du Comte Eſteuenon, mirent Auxonne, & ceux qui en la ville habitoient, à telles couſtumes & telles franchiſes que és lettres ſur ce traité eſt contenu. Et ainſi il appert que ledit Auxonne eſtoit lors de deux Seigneuries. Et eſt aſſauoir que ledit Iean Comte de Chalon, & le Comte ESTEVENON

Ces Lettres ſont rapportees au Liure des Antiquitez d'Auſſonne.

Digitized by Google

jadis mary de ladite Agnes estoient fils dudit Estienne Comte de Bourgongne, comme il appert par lettres de certain eschange qui lors fut fait entre ledit Estienne Comte de Bourgongne & Agnes femme le Comte Esteuenon d'vne part, & le Comte de Chalon & MAHAVT sa femme fille du Duc de Bourgongne, touchant les Comtez de Chalon & d'Auxonne, ensemble le fied & appartenances, & ce que ladite Mahaut auoit deçà la Saone à la partie du Royaume.

En l'an MCCXXXIII. ESTIENNE Comte de Bourgongne laissa & octroya à IEAN son fils Comte de Chalon toute la terre de Villiers-Robert & d'Arbois en Aual, sauf & reserué qu'il retint à luy les fiefs au Seigneur de Chaucins, au Seigneur d'Espagné, & au Seigneur de Raon, & tous les fieds & vaillances de Villiers-Robert.

Au mois de Iuillet MCCXXXIV. IEAN Comte de Bourgongne & de Chalon, par ses lettres seellées de son seel, vendit à HVGVES Duc de Bourgongne cent & quatre muids de vin, que Madame MAHAVT sa femme prenoit à Pommart chacun an.

Audit an ledit IEAN Comte de Chalon quitta ledit HVGVES Duc de Bourgongne de ce que son pere luy estoit tenu du mariage de MAHAVT sa seur, femme dudit Iean de Chalon, &c.

En l'an MCCLXII. Iean Cuens de Bourgongne donna à Hugon Comte de Bourgongne Palatin son fils en sa partie qu'il deuoit auoir de ses biens, le fied que ESTIENNE sire d'Oiseler son frere tenoit de luy, & rappelloit quelconque don qu'il peust en auoir fait à IEAN son fils qu'il auoit de la Comtesse YSABEL sa seconde femme.

Lettres, dont l'original est au Threfor des Chartes du Roy.

1237. *Ego* IOANNES *Comes Burgundiæ & Cabilonenſis, Notum facio vniuerſis preſentes literas inſpecturis, quòd ego per eſcambium quittaui, conceſsi, & tradidi cariſsimo domino & conſanguineo meo* HVGONI *Duci Burgundiæ, & heredibus ſuis in perpetuum totum Comitatum Cabilonenſem cum omnibus appendiciis & pertinentiis, tam in feodis quàm in dominio, & in omnibus aliis commodis, & quicquid mihi ibidem vel heredibus meis euenire poterat aliqua ratione, & quicquid habebam vel habere poteram citra Saonnam à parte regni Franciæ. Dedi etiam, quittaui, conceſsi, & tradidi per dictum eſcambium eidem Duci & heredibus ſuis in perpetuum* AVSSONAM *cum omnibus appendiciis & pertinentiis, & omnia feoda villæ de Auſſona, & feodum domini Petri de ſancto Sequano, & totam terram quę mouet de capite* MATILDIS *vxoris meæ, vbicumque ſit terra illa citra Saonnam à parte regni Franciæ, abſque Auzon & appendiciis: & de omnibus his me deueſtiui voluntate ſpontanea, & dictum Ducem corporaliter inueſtiui. Promittens jura-*

Digitized by Google

mento corporaliter præſtito, contra eſcambium, quittationem, conceſsionem, & traditionem iſtam per me vel per alium nullo vmquam tempore me venturum, nec vmquam de cætero in his omnibus ſupradictis per me vel per alium aliquid potero reclamare. Imò ſi quis contra hæc prædicta vellet venire ratione ſeu occaſione aliqua, ego modis omnibus me opponerem bona fide. Nos verò MATHILDIS *vxor dicti Comitis, & Comes* STEPHANVS *pater dicti Comitis Cabilonenſ. &* AGNES *vxor eiuſdem Comitis Stephani, &* HVGO *filius prædicti Comitis Cabilon. iſtud eſcambium, quittationem, conceſsionem, & traditionem prædictam laudauimus & conceſsimus, & de omnibus prædictis nos deueſtiuimus, & dictum Ducem corporaliter inueſtiuimus. Promittentes corporali præſtito juramento, voluntate propria & ſpontanea, contra conuentiones prædictas nullo vmquam tempore per nos vel per alios occaſione ſeu ratione aliqua nos venturos. Sed & ſi quis vellet contravenire, nos opponeremus nos modis omnibus bona fide. Prædictus autem Dux per dictum eſcambium mihi* IOANNI *Comiti ſupradicto, & heredibus meis quittauit, conceſsit, & tradidit omnẽ terram quam habuerat in eſcambium à Ioceranno domino Branciduni, & vxore ſua, & heredibus ſuis: videlicet Bracon, & omnia alia caſtra, villas, & redditus, in omnibus commodis, quæ fuerant de dicto eſcambio, cum omnibus appenditiis, & pertinentiis, tam in feodis quàm in dominio, & Villauffans, & Houuans* [a] *cum appenditiis eorumdem, & totum expletum quod fecerat erga dominum Galcherum de Commerceyo, & heredes ſuos, & feodum des Cloes, & talem rationem qualem habebat in feodo de Chaucins. Et ſi quis contraire vellet quittationibus, conceſsionibus, traditionibus, & eſcambio ſupradictis; idem Dux tenetur me iuuare ad defenſionem prædictorum tanquam hominem ſuum ligium bona fide. Et ſciendum, quòd de omnibus ſupradictis idem Dux aut heredes ſui nihil omnino poſſunt adquirere, niſi de voluntate mea, vel heredum meorum. Hæc autem omnia idem Dux promiſit juramento corporaliter præſtito ſe tenere, & firmiter adimplere. Vt autem omnia ſupradicta firma & inconcuſſa permaneant, nos Ioannes Comes, & Mathildis vxor eius, & Comes Stephanus, & Agnes vxor ipſius, præſentes literas ſigillorum noſtrorum fecimus munimine roborari. Actum apud Landonam in craſtino octabarum Penthecoſtes, anno Domini* MCCXXXVII.

[a] *in al. Ormani.*

Scelle de quatre ſeaux, dont les premier & troiſieſme ſont tóbez. Le ſecód eſt de MAHAVD femme du Cóte de Chalon repreſentée ſur vn palefroy, tenant la bride en la droite, & ſur la gauche vn oiſeau; & au cótreſeel vn eſcuſſon de 3. beſans ou tourteaux. Le quatrieſme a auſſi d'vn coſté la figure d'vne Dame auec cette eſcriture à l'entour, S. AGNETIS VXORIS STEPHANI COMITIS BVRGVNDIÆ, & au contreſeel vne bande, qui ſont les Armes du Comte Eſtienne ſon mary.

Extrait d'vn Regiſtre du Threſor des Chartes du Roy cotté XXXI.

Ego HVGO *Dux Burgundiæ notum facio omnibus, quòd cùm excellen-* 1239.

Digitized by Google

tiſſimus dominus meus LVDOVICVS *Dei gratiâ Rex Franc. illuſtris mihi conceſſerit eſcambium, de quo cum dilecto & fideli meo* IOHANNE *Comite Cabilonenſi ſermonem habueram, videlicet de Charroliis & Monte ſancti Vincentij, & Caſtellaniis & pertinentiis eorum; Ego eidem domino Regi de prædictis caſtris & Caſtellaniis, & pertinentiis eorum feci homagium ligium contra omnes homines & feminas qui poſſunt viuere & mori. & promiſi ipſi tanquam domino meo ligio, & hoc ipſum juraui, quod caſtra prædicta ei & heredibus eius vel mandato ipſorum cum litteris eorum patentibus reddam ad magnam vim & ad paruam, quotiens ex parte domini Regis vel heredis ipſius ſuper hoc fuero requiſitus, & ad idem tenebuntur heredes & ſucceſſores mei qui caſtra tenebunt ſupradicta. Præterea promiſi eidem domino Regi, & ei juraui, quòd bonum & fidele ſeruicium ipſi & heredibus eius faciam tamquam domino meo ligio contra omnes homines & feminas qui poſſunt viuere & mori, & quòd ab ipſo vel heredibus eius, vel à fideli ſeruicio eorum non recedam. Sciendum eſt inſuper quòd poſt deceſſum meum in voluntate domini Regis vel heredis ipſius erit & beneplacito, quòd heres meus ſiue ſucceſſor, qui Ducatum tenebit Burgundiæ, prædicta caſtra cum Caſtellaniis & pertinentiis eorum teneat, vel alius liberorum meorum vel ſucceſſorum meorum, ſi eidem domino Regi meliùs placuerit, vel heredi ipſius. De conuentionibus iſtis benè & firmiter à me & heredibus vel ſucceſſoribus meis obſeruandis, ego dedi plegios domino Regi homines meos, videlicet* GVILLELMVM DE VERGEIO *Seneſcallum Burgundiæ, Anſericum de Monteregali, Milonem dominum Noeriorum, Guillelmum dominum Tilij, & Guillelmum dominum Montis ſancti Iohannis, qui eidem in tali forma tenentur, quòd ſi ego, vel heres, vel ſucceſſor meus à prædictis conuentionibus obſeruandis deficeremus, ipſi cum omnibus feodis quæ de me tenent ad dominum Regem vel eius heredem venirent, & ſe cum ipſis tenerent, donec ad voluntatem eiuſdem domini Regis vel eius heredis emendatũ fuiſſet. Iſtas conuentiones juraui benè à me & firmiter obſeruandas, & ad hæc omnia heredes & ſucceſſores mei in omnibus & per omnia tenebuntur. Promiſi etiam prædicto domino meo Regi, quòd cùm in peregrinationem crucis meæ iter arripiam, dicta caſtra cuſtodienda cõmittam ad beneplacitum & voluntatem ipſius. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras ſigilli mei munimine feci roborari. Actum anno Domini* M. CC. XXXIX. *menſe Iunio.*

Extrait du Martyrologe de l'Abbaye de Ciſteaux.

VII. Kal. Aprilis, obiit MATILDIS *Comitiſſa Cabilonenſis ſoror* ODONIS *bonæ memoriæ Ducis Burgundiæ.*

Extrait de la France Chreſtienne de Cl. Robert, au Traité de la ville de Dijon.

Septimus Decanus Capellæ Diuion. Mercator nominatur anno M CC. XLVIII. *menſe Ianuario cum A. Comitiſſa de Auxona, vidua* STEPHANI *Comitis in Burgundia.*

Digitized by Google

Extrait du Martyrologe de l'Abbaye de S. Eſtienne de Dijon.

XIII. Kal. Octob. obiit nobilis mulier AGNES *Comitiſſa de Auſſona.*

Extraits de diuers Tiltres de la Maiſon d'Oiſelet.

Præſentibus & futuris notum fieri volumus per interueniens Cartæ preſentis teſtimonium, quòd HVO VERGEII *dominus Nicolao Canonico dedit* XX. *ſolidos, quos Eccleſia S. Margaritæ debebat ei de cens annuatim pro villa quæ nuncupatur Doillans. Nicolaus autem illos Eccleſiæ b. Dionyſij, ob remedium animæ ſuæ & parentum ſuorum, aſſenſu prædicti* HVGONIS *in perpetuum conceſsit. Verumtamen hoc ſibi reſeruauit, quòd ex illis poſt obitum matris ſuæ* X. *ſolidi in eius anniuerſario Clericis diuidentur. Reliqui verò in fratrum ſuorum anniuerſario ſimili modo diſtribuentur. Et vt iſta noſtris geſta temporibus firmitatis id habeant & vigoris, ne quid eis poſtmodum apponat cupiditas, aut ſupponat obliuio, de quo poſsit in poſterum oriri diſſenſio, literarum cuſtodiæ mancipatur, & ſæpedicti* HVGONIS *ſigillo confirmatum.*

Lettres tirées d'vn ancien Chartulaire de la Commune de Dijon.

1193. EGO ODO *Dux Burgundiæ præſentibus & futuris, notum facio me præcepiſſe* HVONI DOMINO VERGEII, *Stephano de Monte ſancti Iohannis, Poncio de Granceyo Conеſtabulo meo, Odoni domino Granceij, Hugoni domino Thileĉaſtri, Guidoni domino Salij, Galtero*

domino Sumbernionis, Macello domino Maleÿ, Guidoni domino Tilij, vt ipſi homines meos infra munitiones ſuas recipiant, & ipſos cum rebus ſuis conducant, ſi ab inſtitutis Communiæ Diuionenſis reſiliero, quamdiu inter me & meos homines Diuion. diſcordia fuerit, nec interim de aliquo quod ab eis exegerim mihi reſpondent. Actum anno incarnati Verbi MCXCIII.

Chartes tirées de la Chambre des Comptes de Dijon.

EGO ODO *Dux Burgundiæ. Notum facimus preſentibus & futuris, me dediſſe* HVONI DOMINO VERGEII *& ſucceſſoribus eius, pro iuramento quod mihi fecit idem* HVO *ſuper dungione* VERGEII *mihi & ſucceſſoribus meis reddendo, Seneſchauciam Burgundiæ, poſtquam dominus* GAVLTHERVS DE CASTELLIONE *deſierit eſſe Seneſcaulus meus. Quod vt ratum habeatur, præſens ſcriptum ſigilli mei munimine confirmaui apud Ciſtercium anno incarnati Verbi milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo. Cuius rei teſtes ſunt, Nicolaus Prior Ciſtercij, Magiſter Huo Canonicus S. Stephani Diuionenſis, dominus Nicolaus Canonicus Vergeÿ, Guido dominus Tilÿ, dominus Pontius de Roicha.* 1197.

NOVERINT *vniuerſi præſentes & futuri, quòd cùm inter Duces Burgundiæ & dominos* VIRGEII *diſſentiones ſæpiſſimè mouerentur, Ego* ODO *Dux Burgundiæ &* HVO DOMINVS VIRGEII *pacem inter nos reformauimus in hunc modum, ſcilicet quòd dominus Huo iurauit mihi & meis* VIRGEIVM *reddibile. Et quotiens ego vel mei Virgeium requireremus nobis redderetur, & poſſemus illud tenere per quatuordecim dies ſi nobis placeret: & amplius tenere non poſſemus, niſi Abbates Ciſtercienſis & Buſſeriæ negotium euidens & manifeſtum viderent, pro quo nos tenere deberemus. Et ſi dum illud teneremus per nos vel per noſtros aliquod damnum præter quàm de fœno & ſtramine ibi in rebus ſuis fieri contingeret, infra quadraginta dies pro quibus requiſiti eſſemus dānum illud reſtauraremus. Et pro iuramento facto de redditione Virgeÿ dedi domino Huoni & ſuis* MIREBELLVM, *& gardam Fleureÿ, & quicquid habebam apud Barges, apud Sauooges, & apud Corcelles. Cōtigit autem propter ea quòd ego duxi in vxorem* FILIAM PRÆDICTI HVONIS, *& ipſe dedit mihi & heredi meo* VIRGEIVM, *ſi Deo volente de filia ſua vxore mea heredem haberem, & quicquid habebat citra Tilam: ſimiliter ego dedi ei & ſuis quicquid habebam vltra Tilam, ita tamen quòd cùm heres meus, quem de filia ſua vxore mea Deo volente ſuſciperem, ad Ducatum Burgundiæ tenendum veniret, ſi voluerit Abbatiam ſancti Leodegarij ad opus ſuum retinebit, vel domino* VVILLERMO DE VERGEIO *& ſuis eam dimittet. Præterea dedi domino* VVILLERMO *& ſuis Senecaltiam Ducatus Burgundiæ, poſtquàm excluerit à Comite ſancti Pauli qui eam tenebat. Sciendum quòd ſi ſine herede de ſo-*

Digitized by Google

rore ſua vxore mea (quod abſit) deceſſero, vel heres meus (quod Deus auertat) ſine herede deceſſerit, caſtrum Virgeium ad dominum Vvillermum & heredes ſuos reuertetur, cum parte domini Vvillermi de Monte ſancti Iohannis, quam habet apud Virgeium, ſi illam interim acquirere potero quoquo modo. Et tunc totum caſtrum Virgeium mihi & meis erit iurabile & reddibile, ſicut de alia medietate ſuperiùs eſt notatum. Et quicquid pro iuramento facto de redditione Virgeij dederam, ſatis datio huiuſmodi ad Ducatum Burgundiæ liberè & abſolutè reuertetur. In huius verò rei robur & teſtimonium, ego ſuperiùs nominatus ODO *Dux Burgundiæ, & ego dictus* VVILLERMVS DE VIRGEIO *præſentem Cartam ſigillorum noſtrorum munimine communiuimus. Actum anno ab incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo ſextodecimo, menſe Decembris.*

Seellé de deux ſeaux, dont l'vn eſt de GVILLAVME DE VERGY fils de HVGVES repreſenté par la figure ſuiuante.

Lettres dont l'original eſt au Threſor des Chartes du Roy.

IN *nomine Domini amen. Notum ſit omnibus tam futuris quàm præſentibus, quòd ego* ODO *Dux Burgundiæ propria voluntate mea iurauí domino meo ligio Philippo illuſtri Francorum Regi, quòd ego nullomodo confœderabor Richardo Regi Angliæ contra ipſum, quamdiu voluerit mihi jus facere per Curiam ſuam; nec alicui de ſanguine Regis Angliæ, aut alij per conſilium Regis Angliæ me maritabo, niſi de voluntate & mandato domini Regis Franciæ. Alibi autem per voluntatem meam me potero maritare. Quod vt firmum ſit & ſtabile, preſentem Cartulam confirmo ſigillo meo. Actum Vicenę in preſentia & teſtimonio dominę Reginæ matris, & fratris Bernardi de Vicena, & domini Galteri, & Vrſionis & Galteri*

Galteri filiorum ſuorum, & Guillelmi de Gallanda, & Bartholomei de Roia, & Philippi de Leues, & Henrici de ſancto Dionyſio : & in præſentia & teſtimonio militum meorum, HVGONIS DE VERGIACO, *& Guidonis de Til, & Iocelini de Aualonio, & Poncij de Granceio, & Stephani Villani. Anno Domini* MCXCVIII. *menſe Nouembri.*

Extrait d'vne Charte du Prieuré de S. Viuent.

Litteræ HVONIS *domini* VERGEII, *quibus pro remedio animæ ſuæ dedit Eccleſiæ b. Mariæ & S. Viuentij de Vergeio quicquid habebat in villa, hominibus, & territorio de Poncey &c. Actum anno Domini* MCXCVIII.

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de Ciſteaux.

NOTVM *ſit omnibus præſentib. & futuris, quòd ego* HVGO DE VERGEI *dominus Mirebelli pro ſalute animæ meæ dedi in perpetuam elemoſynam b. Mariæ Ciſtercienſi* XX. *minas frumenti apud Rouram in feſto S. Michaelis annis ſingulis perſoluendas; ſub tali conditione, quòd quando Odo Dux Burgundiæ terram heredibus meis aſſignauerit pro bladio quod in prædicta villa ſuſcipio, ille qui dominium habebit in terra pro prædicto à Duce aſſignata, aſſignabit certos redditus in quibus ſupradictæ* XX. *minæ frumenti in prætaxato termino Domui Ciſtercienſi annuatim ex integro perſoluantur. Si verò contigerit caſtrum* VERGEII *ad heredum meorum dominium deuenire, ille qui dominus caſtri fuerit tenebitur in ipſa Caſtellaria Vergeij aſſignare fratribus Ciſtercienſibus certos redditus, in quibus bladium ſæpedictum ex integro ſuſcipiant annuatim. Hoc totum laudauit Odo Dux Burgundiæ, qui iſtam elemoſynam manu tenere, & heredes meos, ſi factæ rei nollent conſentire, ad iſtud exequendum compellere ſe promiſit. Iſtud etiam* IVLIA * *vxor mea, & filij mei* VVILLELMVS *&* HVGO *laudauerunt. Vt autem hoc ratum & firmum deinceps habeatur, Cartam preſentis ſcripti ſigilli Odonis Ducis Burgundiæ & mei feci munimine confirmari. Actum eſt hoc anno ab incarn. Domini* MCC. 1200.

* qua & GISLA.

Extrait du Martyrologe de l'Abbaye de Ciſteaux.

XVI. *Kal. Ianuarij obijt* HVGO VERGIACI *pater Duciſſæ.*

Extrait du Chartulaire de S. Loup de Troyes, p. 82.

Ego GILA *domina* DE VERGIACO, *&* HELLISSENDIS *domina de Capis. Notum facimus omnib. preſ. litteras inſpecturis, quòd nos conceſſimus Abbati & Capitulo b. Lupi Trecenſis, quandocumque tempus & locus aduenerint, vnam de communibus feminabus noſtris, quam homo illorum petet in matrimonio, excepto Drochone de Lueriis, in eſcambium filiæ Radulphi de Luſigniaco, præterquam de filiabus F.* 1217.

Digitized by Google

Balduini de Montegone &c. Quod vt ratum &c. Actum anno MCCXVII. *menſe Iunio.*

Extrait du Martyrologe de l'Abbaye de S. Eſtienne de Dijon.

III. *Kal. Februar. Obiit nobilis mulier domina* GILA *domina de Autreio.*

Extrait du Martyrologe de l'Egliſe Collegiale de S. Denys de Vergy.

III. *Kal. Febr. Obiit* GILLA *domina* VERGEII, *quæ dedit huic Eccleſiæ vas in quo reponitur corpus Domini, & brachium S. Andreæ.*

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Cluny, nu. CCLXVII.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quòd Humbertus li Vngres & Arduinus frater eius dederunt Deo & Eccleſiæ beatæ Mariæ Magdalenæ de Meleto locum ſiue plateam ad opus molendini conſtruendi, &c. Factum eſt hoc tempore domni REINALDI DE VERGIACO *Epiſcopi Matiſconenſis, qui huic ſcripto ſigillum ſuum appoſuit, tempore etiam domni Hugonis Abbatis Clun. & domni Artaldi Prioris Clun. per manum Stephani Prioris de Meleto. Anno ab incarnatione Domini* MCXCII.

12. *ALIX DE VERGY DVCHESSE DE Bourgongne, & ſes freres, enfans de* HVGVES.

Lettres tirees du Chartulaire de l'Egliſe de S. Denys de Vergy.

1199. EGO ODO *Dux Burgundiæ. Notum facio omnibus preſentibus & futuris, me dediſſe, & in perpetuum conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ b. Dionyſij* VERGIACENSIS *pro remedio animæ meæ & prædeceſſorum meorum, vnum denarium in vnoquoque troſſello tranſeunte ſiue per* VERGEIVM *ſiue per Vooget, ad emendum cereum luminarium, quod die ac nocte ante altare præſcripti b. Dionyſij aſſiduè ardeat. Hoc donum meum laudauit & conceſſit* AALAIX *vxor mea. Et vt ratum habeatur præſens ſcriptum, ſigillo meo confirmaui. Actum eſt hoc anno incarnati Verbi* MCXCIX.

Confirmauit HVGO *Dux Burgundiæ quando ad ætatem legitimam & terram tenendam venit, Anno* MCCXXX. *menſe Iunij.*

Lettres dont l'original eſt en l'Abbaye de Lieu-Dieu.

Nouerint vniuerſi preſentes litteras inſpecturi, quòd ego A. Duciſſa mater Ducis Burgundiæ, in vltima voluntate mea compos mentis meæ, legaui Abbatiæ Loci-Dei ſub Vergeio molendinum meum de Nuis, quod ego ibidem de nouo conſtruxeram. Vt autem præſens donatio roboris ha-

Digitized by Google

beat firmitatem, præſentem paginam ſigilli mei munimine volui roborare. Datum anno Domini MCCXVI.

Lettres, dont l'original eſt au Threſor des Chartes du Roy.

EGO *A. Duciſſa Burgundiæ. Notum facio vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd ego ſuper ſacroſancta juraui carißimo domino meo Philippo Dei gratiâ illuſtri Francorum Regi, quòd bonum & fidele faciam ei ſeruicium contrà omnes homines & feminas qui poſſunt viuere & mori, & quòd cum nullo contraham matrimonium niſi de aſſenſu & voluntate domini Regis. De hoc autem firmiter tenendo dedi eidem hos plegios,* GVILLELMVM *videlicet* DE VERGI, *Poncium de Granci, Robertum de Belnes, Odonem de Granciaco, Guidonem de Tilio, Clarembaudum de Capis, Hugonem de Vlmo, Iohannem de Caſtronouo, Maiorem de Diuione, Præpoſitum de Corueia, Ren. de Caſtellione, Brocárdum de Diuione, & Iohannem Garnerum. Si autem de his conuentionibus, quod abſit, me contingeret reſilire, prænominati plegij cum omnibus feodis & terris & toto poſſeſſuo contra me eſſent in auxilium domini Regis, vſque dum ad voluntatem domini Regis id eſſet integrè emendatum. Actum Pariſ. anno Domini* M CC. XVIII. *menſe Auguſto.* 1218.

Scelle d'vn ſeau de cire iaune, où eſt repreſentée vne Princeſſe à cheual tenant vn oiſeau ſur le poing.

Charte tirée du Chartulaire de Champagne.

Ego ALIX *Duciſſa Burgundiæ. Notum facio tam preſentibus quàm futuris, quòd ego promiſi, & tactis ſacroſanctis Euangeliis propria manu firmaui, me fore in pace cum domina Blancha Comitiſſa Trecenſi Palatina, & cum Theobaldo filio eiuſdem Comitiſſæ Campaniæ, & me eoſdem adjuturam bona fide & bono animo contra Erardum de Brena & vxorem eius Philippam, & contra Reginam Cypri filiam Henrici quondam Comitis Campaniæ, & eorum heredes & coadjutores ipſorum, ad laudem & conſilium venerabilis patris Roberti Epiſcopi Claromontenſis. In cuius rei teſtimonium præſentem Cartam feci fieri, & ſigilli mei munimine roborari. Actum anno Domini* MCC. XVIII. *menſe Iulio.*

Extrait du Martyrologe de l'Abbaye de Ciſteaux.

Anno ab incarnatione Domini MCCXVIII. *pridie Nonas Iulij obiit piæ memoriæ dominus* ODO *Dux Burgundiæ.*

Extrait du Chartulaire de la meſme Abbaye.

Litteræ ALAIDIS *Duciſſæ Burgundiæ, quibus poſt mortem* ODONIS *Ducis confirmat Eccleſiæ Ciſtercienſi villam de Corcellis in nemore, quam idem Odo dederat anno* MCCXII. *Actum anno* MCCXIX.

Lettres tirées du Chartulaire de S. Denys de Vergy.

1219. *Ego* AALAIX *Duciſſa Burgundiæ. Notum facio omnibus præſentes litteras inſpecturis, quòd ego dedi & conceſsi in perpetuam elemoſynam pro remedio animæ meæ, & domini mei* ODONIS *Ducis Burgundiæ mariti mei, & anteceſſorum meorum, Deo & Eccleſiæ S. Dionyſij* VERGEII, *& Canonicis ibi Deo ſervientibus centum ſolidos Dinionenſes in aſtalagiis fori de Nuys, annuatim perſoluendos in octauis S. Dionyſij. Ita quòd quicumque dicta ſtalagia tenuerit, perſolnat illos* C. *ſolidos Canonicis S. Dionyſij Vergeij annuatim termino prætaxato. Et vt hoc firmum habeatur, litteras iſtas ſigillo meo ſigillatas tradidi Canonicis. Actum eſt hoc anno Domini* MCCXIX.

Charte tirée du Chartulaire de la Commune de Dijon.

1220. *Ego* ALIDIS *Duciſſa Burgundiæ. Omnibus notum facio præſentibus & futuris, me iuraſſe Communiæ Dinionis, quòd vſque dum* HVGO *filius meus viginti & vnum annos habeat, aliquem vel aliquid de hominibus ipſius Communiæ non capiam, neque dictus* HVGO *filius meus capiet, nec aliquid de aſſenſu vel mandato noſtro capiet, &c. Præterea iurani ſepedictis hominibus Communiæ, quòd ſi cum aliquo contrahere vellem matrimonium, priuſquàm ei me pro ſponſa concederem prædictas conuentiones tenendas & firmiter obſeruandas juraret, &c. Huius rei teſtes ſunt, dominus* VVILLERMVS DE VERGEIO *frater meus, dominus Clarambaudus de Capiu, Renaudus dominus de Choiſueux, Guido dominus Saliy, Iohannes dominus Caſtronoui, dominus Lambertus de Caſtellione miles, &c. Actum anno gratiæ* MCCXX.

Extrait du Chartulaire de Champagne.

1222. ALAYDIS *Duciſſa Burgundiæ vniuerſis ad quos præſentes litteræ peruenerint ſalutem. Notum facimus quòd vir nobilis Erardus de Brena, & nobilis mulier Philippa vxor eiuſdem in noſtra præſentia conſtituti apud Moliſmum anno incarnationis Dominicæ* MCCXXII. *menſe Aprili in octauis Paſchæ, propria voluntate ſua recognouerunt ſe quittauiſſe & remiſiſſe, & inſuper quittauerunt & remiſerunt ibidem dilectis & fidelibus noſtris Blanchæ Comitiſſæ Trecenſi Palatinæ & Theobaldo Comiti nato eius quicquid clamabant in Comitatu Campaniæ & Briæ, &c. Actum anno, menſe, & die prædictis, apud Moliſmum.*

Lettres rapportées par Gollut au Liu. VI. de ſes Memoires, Chap. XLVI. pag. 392.

1227. EGO *Delphinus Comes Viennenſis & Albonia. Omnibus notum facio, quòd ego teneo me pro pagato de hoc quod* ALIDIS *Duciſſa Burgundiæ, & filius ſuus* HVGONINVS *Dux Burgundiæ, debebant mihi pro*

Digitized by Google

emptione de Cabilone & de Belna, & feodis & appendiciis eorum, quia ad plenum fecerunt. Actum eſt hoc anno MCCXXVII. *menſe Iunio.*

Extrait du Chartulaire de Champagne gardé en la Chambre des Comptes de Paris.

Litteræ quibus ALAYDIS *Duciſſa Burgundiæ, & filius eius* HVGO *primogenitus recognoſcunt, quòd tenentur iuuare fidelem ſuum Theobaldum Campaniæ & Briæ Comitem Palatinum contra Comitem Niuernenſem & alios poſt Regem Francię, & quoſdam dominos & homines ſuos. Et durabit hæc conuentio, quouſque* HVGO *filius ipſius Duciſſæ compleuerit* XXI. *annum. Interim idem Hugo & A. mater ſua promittunt, quòd non ducet in vxorem filiam Comitis Roberti, neque filiam Comitis Britanniæ, neque Comitis Marchiæ, neque Comitis Bononiæ, neque filiam Roberti de Cortenai, neque filiam Enjorrandi de Cociaco, neque Guidonis de Caſtellione, neque ſorores vel neptes eorumdem, niſi de voluntate prędicti Th. Comitis Campaniæ. Cuius rei dat juratores Clarembaldum de Cappis, & alios. Actum anno Domini* MCCXXVII, *menſe Iulio.*

Lettres dont l'original eſt en l'Abbaye de Lieu-Dieu.

Ego Alaydis Duciſſa mater Ducis Burgundiæ. Notum facio omni- 1234.
bus præſentibus & futuris, quòd ego laude & aſſenſu HVGONIS *cariſſimi filij mei Ducis Burgundiæ dedi in perpetuam elemoſynam pro remedio animæ meæ & patris prędicti filij mei & anteceſſorum noſtrorum Deo & Eccleſiæ beatæ Mariæ de Loco-Dei prope* VERGEIVM *Ordinis Ciſtercienſis, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſeruientibus, furnum meum de abergamento meo de Nuys. Ita quòd nullum aliud furnum poſſit ibi nec in tota villa fieri, niſi de voluntate & mandato prædictarum Monialium. Dedi etiam eis liberum vſagium in boſco de la Foſe ad prędictum furnum calefaciendum. Præterea dedi eis clauſum meum de Mores, & pratum meum de Brueil juxta Locum-Dei. Hęc autem ſupradicta dedi eiſdem ſupradictis Monialibus liberè & quietè habenda, & pacificè in perpetuum poſidenda. Volens, pręcipiens, ſupplicans & exhortans, quòd Dux Burgundiæ, & quicumque tenebit Ducatum, &* DOMINIVM VERGEII, *hanc donationem ſupradictam manu teneat prefatis Monialibus, & garantiat contra omnes. Quod vt ratum & ſtabile maneat in poſterum, ſigillum meum feci preſentibus litteris apponi in huius rei teſtimonium & munimen. Actum anno Domini* MCCXXX. IIII. *menſe Septembri.*

Lettres tirées des Archiues du Conuent des Iacobins de Dijon.

Ego HAYMO DE ASIREIO *tunc Maior, & nos Scabini Commu-* 1237.
niæ Diuionenſis, notum facimus vniuerſis præſentes litteras inſpecturis,

quòd Valletus & Renaudus fratres, filij defuncti Iohannis de Mailleio vendiderunt venerabili domino ALAIDI Duciſſæ Burgundiæ grangiam ſuam & manſum, & totum tenementum quod habebant ſupra Suſtionem, inter vineam quæ fuit au Breſſant de Belna defuncti, & tenementum domni Milonis de Fontanis, ſicut ſe important, vſque ad tenementum Odonis Diuitis. Et hæc omnia, grangiam ſcilicet, manſum, & tenementum emit dicta Duciſſa à dictis Valleto & Renaudo fratribus, pro ædificandis ibidem Fratribus de Ordine Prædicatorum. Et de his ſe deueſtierunt dicti Valletus & Renaudus fratres, & prænominatam Duciſſam inueſtierunt, & promiſerunt contra omnes in perpetuum garentire. De precio ſiquidem dictæ venditionis, videlicet de CC. libris Diuionenſis monetæ, ſe tenuerunt coram nobis in numerata pecunia penitus & in integrum pro pagatis. Hanc autem venditionem laudauerunt, conceſſerunt, & ratam habuerunt ſpontanea voluntate vxores dictorum fratrum, videlicet Amelina vxor dicti Valleti, & Annes vxor dicti Renaudi, & totum jus quod in his habebant aut reclamare poterant per ſacramentum earum in perpetuum quittauerunt. In huius autem rei teſtimonium, ad preces dictorum V. & R. fratrum & vxorum ſuarum præſentibus litteris ſigillum dictę Communiæ apponi fecimus. Actum anno Domini MCCXXXVII. menſe Iunio.

Ego Haymo de Aſireio tunc Maior, & Scabini communię Diuionenſis. Notum facimus vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd in noſtra præſentia conſtituti dominus Haymo de Argilleio miles & domina Perona vxor eius, quę fuit vxor defuncti Guidonis Iou Breſſant, recognouerunt ſe vendidiſſe venerabili domino ALAIDI Duciſſæ Burgundiæ quandam peciam vineę quæ ſedet apud Diuionem juxta tenementum quod fuit Renaudi & Valleti de Mailleio fratrum. Quam peciam vineæ dicta Duciſſa ſicut coram nobis recognouit emit ad conſtruendum ibidem domum & ædificium ad opus Fratrum de Ordine Prædicatorum. De qua pecia vineæ ſe coram nobis deueſtierunt dictus Haymo miles & domina Perona vxor eius, & prænominatam Duciſſam corporaliter inueſtierunt. Promittentes coram nobis jamdictę Duciſſæ & dictis Fratribus de Ordine Prædicatorum ſuper ſe & ſua contra omnes calumniantes in perpetuum legitimè garentire, & maximè contra Petrum dictum Palual & Huguetam ſororem eius liberos dicti Guidonis Breſſant & ipſius Peronæ. Quinihilominus Petrus & Hugueta hanc venditionem coram nobis laudauerunt, conceſſerunt, & ratam habuerunt ſpontanea voluntate. De precio ſiquidem dictæ venditionis, videlicet de quateruiginti libris Diuion. ſe tenuerunt coram nobis dictus Haymo & dicta Perona in numerata pecunia penitus pro pagatis. Et in huius rei teſtimonium, ad preces omnium ſupradictorum præſentibus litteris ſigillum Communiæ Diuionis appoſuimus. Actum anno Domini MCCXXXVII. menſe Iunij.

Ego Haymo de Aſireio tunc Maior, & nos Scabini Communiæ

Digitized by Google

Diuionenſis. Notum facimus vniuerſis preſentes litteras inſpecturis, quòd dominus Milo de Fontanis burgenſis Diuionenſis, & Iohannes de Fontanis filius eius, laude & aſſenſu Nazariæ vxoris dicti Iohannis, & Aymonis Clerici & Iohannis filiorum ſuorum, vendiderũt, tradiderunt, & conceſſerunt venerabili dominæ ALAIDI *Duciſſæ Burgundiæ domum & tenemẽtum quod habebant apud Diuionem ſupra ripam Suſionis inter tenementum quod fuit Valleti & Renaudi de Maileio fratrum, & domum Lamberti de Beſua, de qua domo & tenemento ſe deueſtierunt coram nobis dictus Milo & Iohannes filius eius, & prænominatam Duciſſam corporaliter inueſtierunt. Et promiſerunt & tenentur dictus Milo & Iohannes hanc venditionem dictæ Duciſſæ eiuſque ſucceſſoribus contra omnes calumniantes legitimè & in perpetuum garantire. De precio ſiquidem huius venditionis, videlicet de* L. *libris Diuionenſibus, ſe tenuerunt coram nobis in numerata pecunia penitus & in integrum pro pagatis. Et ſciendum quòd ſupradictam domum & tenementum emit dicta Duciſſa ad cõſtruendam ibidem domum & ædificium ad opus Fratrum de Ordine Prædicatorum. In huiuſmodi autem rei teſtimonium, ad requiſitionem dictæ Duciſſæ, & ad preces dictorum Milonis, Iohannis, & Nazariæ, & Haymonis Clerici, & Ioannis, preſentibus litteris ſigillum dictæ Communiæ fecimus apponi. Actum anno Domini* MCCXXXVII. *menſe Iunij.*

HVGO *Dux Burgundiæ viris religioſis & diſcretis fratri H. Priori Prouinciali Fratrum Prædicatorum in Francia, ceteriſque Fratribus eiuſdem Ordinis in Capitulo Prouinciali Pariſius congregatis ſalutem, & amorem. Noueritis quòd venerabilis mater noſtra A. Duciſſa Burgundiæ apud Diuionem de voluntate noſtra & aſſenſu, locum aptum & competentem ad Domum Ordinis veſtri ibidem conſtruendam, gratiâ Dei inſpirante, ad ſuccurſum animarum & Eccleſiæ ſanctæ Dei, nuper acquiſiuit, & liberaliter & deuotè Ordini veſtro de beneplacito aſſignauit, de ipſo inueſtiens loco Ordinis veſtri fratrem Garinum Lingonenſem. Rogamus igitur dilectionem veſtram, quatenus Dei intuitu, & precum noſtrarum interuentu, ad prædictum locum aliquos de Fratribus veſtris prouidos & diſcretos mittere non tardetis. Tantùm indè facientes, vt vobis & toti Ordini teneamur ad gratiarum actiones, & ipſis Fratribus in terra noſtra morantibus ad conſilium & juuamen. Veſtris ſanctis orationibus nos ſpecialiter recommendatos habeatis. Datum anno Domini* MCCXXXVII. *menſe Iulio, apud* VERGEIVM, *in craſtino Mariæ Magdalenæ.*

Lettres extraites du Chartulaire de S. Denys de Vergy.

Ego AALAIDIS *mater Ducis Burgundiæ. Notum facio omnibus* 1241.
præſentes litteras inſpecturis, quòd cùm neceſſe haberem vt in domo mea VERGIACENSI *Capellam ædificarem, quod facere non poteram niſi de conſenſu & voluntate Decani & Capituli Vergiacenſis, ita cum De-*

Digitized by Google

cano & Capitulo conueni, quòd ego dedi & conceſsi eis centum ſolidos Diuionenſes ſingulis annis percipiendos in redditibus meis de Nuys in feſto b. Dionyſij, vel infra octauas. Ordinatum fuit etiam quòd ſi ego vel Dux filius meus, vel Duciſſa vxor, non ſimus apud Vergeium, quòd dicta Capella erit in cuſtodia & prouiſione illius qui Sacriſta fuerit b. Dionyſij. Ita quòd ſi familia noſtra, quæ ibi morabatur, neceſſe habuerit Miſſam, dictus Sacriſta vel miſſus ab eo Miſſam celebrare tenebitur, & oblationes ſi quæ fuerint habebunt, & ille qui Miſſam cantabit in domo mea cum aliis ſi voluerit manducabit. Et vt hoc ratum & firmum permaneat in poſterum, dictis Decano & Capitulo litteras meas tradidi ſigillatas. Actum eſt hoc anno Domini MCCXLI. *menſe Octobri.*

Lettres dont les originaux ſont au Prieuré de S. Viuent ſoubs Vergy.

Ego ALAIDIS *Duciſſa mater Ducis Burgundiæ. Notum facio vniuerſis preſentes litteras inſpecturis. Quòd cùm Prior & Conuentus S. Viuentij de Vergeio portionem quandam decimarum & tertiarum percipererent nomine Eccleſiæ S. Viuentij in territorio de Faye ſubtus Vergeium, quod ego feci claudi, cum eiſdem conueni in hunc modum. Quòd ipſi communi conſenſu & vnanimi voluntate mihi dictam portionem in perpetuum quittauerunt. Et ego dedi & conceſsi eiſdem & Eccleſiæ ſuæ in perpetuum eſcambium tres ſextarios auenæ in coſtumis meis de Vohana & de Flageyo annuatim dictis Priori & Conuentui nomine ſuæ Eccleſiæ ſine contradictione qualibet, & ſine diminutione integraliter perſoluendos. Quod vt ratum permaneat & ſtabile perſeueret, præſentes litteras dictis Priori & Conuentui tradidi ſigillimei munimine roboratas. Actum anno Domini* MCCXLI. *die Iouis ante Cathedram S. Petri.*

1248. *Litteræ A. Duciſſæ matris Ducis Burgundiæ, quibus confirmat venditionem quam Ioannes dictus Capuz miles laude & aſſenſu dominæ Mariæ matris eius, & dominæ Margaretæ vxoris ſuæ, & Guillelmi Canonici Vergeij, Viardi & Guidonis fratrum ſuorum, fecit Priori & Conuentui S. Viuentij Vergeij, de omni jure quod habebat in quibuſdam manſis apud Flamguerat. Actum anno Domini* MCCXLVIII. *menſe Iunio.*

[a] *Extrait d'vn Abregé de Chroniques Mss. apartenans à feu Monſieur l'Abbé de Mezeres pres de Beaune.*

EN l'an 1192. HVGVES Duc de Bourgongne treſpaſſa outre mer. Lors fut Duc ODES fils dudit Hugues, lequel confirma les priuileges des habitans de Dijon, & donations faites à S. Benigne, en y adiouſtant de nouuelles.

L'an 1196. le ſuſdit Odo Duc de Bourgongne donna à la Commune de Dijon le ban de Dijon & les Iuifs, moyenant certaines conue-

conuenances contenues en la tranſaction de ladite datte.

En l'an 1197. ledit Duc Odo donna auſſi auſdits de Dijon la cognoiſſance & pugnition des excés faits & commis par ceux de ladite Commune. Et l'an ſuiuant qui fut 1198. il leur donna dauãtaige la puiſſance de pugnir les accuſez de faulſe monnoye, ſi tant eſtoit qu'ils fuſſent de leur Commune : & en oſta la cognoiſſance & pugnition à ſes officiers.

En l'an 1203. Odo Duc de Bourgongne octroya à ceux de Beaulne leurs priuileges.

En l'an 1209. ou mois de Iuing Odo Duc de Bourgongne voulant aller contre les heretiques Albigeois, & ſe croiſant pour la defenſe de la foy, donna à l'Abbaye de Ciſteaux le bois appellé Seſt. Et loüa ledit don Dame ALIX DAME DE VERGY ſa femme Ducheſſe de Bourgongne, au douhaire de laquelle il appartenoit.

Auſſi donna-il ce meſme an & quaſi au meſme temps à l'Abbé & Conuent de Cluny tous ſes hommes qu'il auoit à Fleurey, & leurs hoirs & toutes leurs choſes, ſans y rien retenir, excepté la garde & le giſte chacun an dehu d'ancienneté audit Duc par leſdits hõmes. Et auec ce donna auſdits Abbé & Conuent la cõmendiſe qu'il auoit des hommes de Giurey, & de la maiſon de Beaune * : ſans vouloir en aucune choſe venir contre la Charte de feu de bõne memoire Hugues Duc de Bourgongne ſon pere, par laquelle il ne deuoit prendre en commendation les hommes de ladite Egliſe de Cluny.

* al. Veaune, qui eſt vn village prés de Nuitz.

Oudit an ledit Odo Duc de Bourgongne, le Comte de Neuers, & pluſieurs autres s'en allerent batailler contre les Albigeois. Et apres y demeura le Comte de Montfort pour conqueſter toute la terre.

En l'an 1210. ou mois de Septébre ledit Odo Duc de Bourgõgne dõna aux Maire, Eſcheuins & habitãs de Beaune le ban de vẽdãges.

En l'an 1212. le Vendredy IX. iour de Mars auant minuit l'an du biſſexte naſquit HVGVES DE BOVRGONGNE fils dudit Odo Duc de Bourgongne & de ALIS DE VERGY ſa femme.

En ce meſme an 1212. ledit Odo Duc de Bourgongne octroya à ſes hommes de ſon abbergement de Nuytz, qu'ils fuſſent francs de toutes tailles, parmy payant chacun an quinze ſols pour chacun meix. Fait à Beaulne par la main de Hugues ſon Chancellier, ledit Duc ſeant en ſa Cour, & aſſiſtans Gauthier de Chaſtillon Comte de S. Pol ſon Seneſchal, Poinceot de Grancey ſon Conneſtable, & Hugues de Lay ſon Mareſchal.

L'an 1214. ledit Odo, qui ſe intituloit lors Duc de Bourgongne & Comte d'Albon, ratifia & paſſa lettres és Religieux de Grãdmont en Eſpoiſſe de la donation que Hugues ſon pere leur auoit fait du bois d'Eſpoiſſe, & des autres choſes declarées eſdites Lettres.

En l'an 1215. ledit Odo Duc de Bourgongne paſſa, conſentit,

Digitized by Google

& ſeella de ſon ſeel le don qui fut fait lors par Garnier de Fontaines de la place & du lieu de Bonual noſtre Dame ſoubs Talant, pour y fonder le Prioré & Conuent qui y eſt à preſent de l'Ordre du Val des Eſcoliers, & autres choſes, comme eſt contenu és Lettres qui ſont à Bonuaulx.

L'an 1216. ledit Odo octroya la Chartre des priuileiges à ceux de Talant.

Audit an ledit Duc octroya aux habitans de Dijon, que ſi quelqu'vn d'eux poſſedoit en la ville dudit Dijon aucune poſſeſſion par an & iour ſans reclamation, il la peuſt dés lors tenir paiſiblement.

Ledit Odo Duc de Bourgongne mourut en l'an 1218. & fut enterré à Ciſteaux, ſuruiuant ALIS ſa femme. HVGVES ſon fils moindre d'ans luy ſucceda au Duché de Bourgongne.

Ledit Hugues Duc de Bourgongne IIII. de ce nom de la poſterité de Hugues Capet, fils des ſuſdits Odo & Alis, commença à eſtre Duc enuiron l'âge de ſix ans, & demoura au gouuernement de ſa mere.

Audit an 1218. au mois d'Aouſt, icelle ALIS feit iurer à la Commune de Dijon, que ſi elle ſe remarioit à aucun, ſinon au gré & volonté de ſon tres-chier Seigneur Philippe Roy de France, ou ſi elle ne luy obeïſſoit ainſi qu'elle deburoit, que ladite Commune ſe peuſt tourner au Roy ſans meffait, iuſques à ce qu'elle luy euſt ſatisfait.

En l'an 1221. au mois d'Aouſt icelle Alis feit & paſſa certain accord auec l'Eueſque de Chalon, & Beatrix Comteſſe dudit Chalon, touchant la juſtice dudit lieu, & autres droits.

En l'an 1227. ou mois de Iuing le Dauphin de Vienne Comte d'Albon quitta & tranſporta par ſes lettres ſoubs ſon ſeel à Madame ALIS Ducheſſe de Bourgongne, & à Hugon ſon fils, tout le droit qu'il auoit à Beaulne, & à Chalon, & au Duché de Bourgongne, moyennant certain pris qui luy en fut payé.

En l'an 1228. Hugues Duc de Bourgongne lors en l'âge d'enuiron XIIII. ans confirma les priuileges de Beaulne, & auſſi ceux de Dijon.

En l'an 1230. Hugues Duc de Bourgongne & ALIS ſa mere fonderent les Iacobins de Dijon.

En l'an 1238. au mois d'Octobre ALIS Ducheſſe de Bourgongne aſſigna ſur ſon treul de Chenoues vn muy de vin és Religieux de S. Benigne de Dijon, ou lieu de cinq ſols que leur deuoient les Iacobins de Dijon.

Extrait du Martyrologe de la ſaincte Chapelle de Dijon.

v. *Non. Maij, anno* MCCLI. *obiit* ALEYDIS DE VERGEIO *Duciſſa Burgundiæ.*

Digitized by Google

Extrait du Martyrologe de l'Eglise de S. Denys de Vergy.

v. *Non. Maij*, *Obiit domina* AALIDIS *Ducissa Burgundiæ, quæ posuit primum lapidem in Monasterio nostro nouo, & dedit nobis ad opus dicti Monasterij centum libras Viennenses, & postea plus quàm sexcentas libras Diuionenses ad opus prædictum. Præterea dedit nobis centum solidos censuales in hallis de Nuys.*

ANNO *Domini* MCCLXX. *obijt* HVGO *Dux Burgundiæ, qui multa huic Ecclesiæ contulit beneficia.*

Extrait de la France Chrestienne de Cl. Robert, au Traité des Euesques d'Autun.

GVIDO VERGEIVS, *auunculus* HVGONIS IIII. *Ducis Burgundiæ vocatur an.* MCCXXIV. *in Cartulario Lingonensi. In Guidonis autem præsentia Dux fatetur se tenere Aualonem de feudo Ecclesiæ Eduensis mense Iulio* MCCXXXVI. *Nominatur autem* GVIDO *electus anno* MCCXXIV. *& subscripsit quibusdam priuilegiis vrbi Diuioni concessis ab eodem Hugone Duce* MCCXXXI. *cum* GVILLELMO DE VERGEIO *Burgundiæ Senescallo.*

9. *HERVE DE VERGY SEIGNEVR EN partie de Vergy & de Chastelcensoy, troisiesme fils de* SAVARIC *Comte de Chalon.*

Voyez cy deuant pa. 113.

Chartes extraites du Chartulaire de l'Abbaye de Cisteaux.

PRÆSENTIBVS *& futuris ego* ERVEVS DOMINVS VERGIACI. *Notum esse volo, quòd pasturas in omni terra mea Ecclesiæ Cistercij in perpetuum dedi. Hoc quoque testor & affirmo, quòd in nemore Iergulij, quod pater meus & mater mea Cistercienſi Ecclesiæ dederunt, nemo aliquid juris habet nisi ipsa Cistercienſis Ecclesia, nec aliquod vsuarium. Testes sunt, Alexander Abbas Cistercij, Iohannes Prior, Gerardus Medicus,* LIBALDVS CRASSVS, PETRVS *frater eius, Hugo Bujon, Lebaldus Rübastel, Vualterius Prepositus, Stephanus famulus meus, Thomas famulus meus, Hugo & Vualo Conuersi.*

QVONIAM *ea quæ scripturæ tenor designat non facilè obliuioni tra-* 1167.
duntur, ea ratione per hanc scripturam præsentium & posterorum notitiæ commendo, quòd ego ERVEIVS VERGIACI DOMINVS *quicquid habebam & habere debebam, vel calumniabar apud Desteng, & in omnibus eius appendiciis, in terris cultis & incultis, in pascuis, in pratis, in aquis, in nemoribus in iustitia villæ, & in omnibus aliis rebus, Ecclesiæ*

Digitized by Google

ſanctæ Mariæ Ciſtercij & fratribus ibi Deo ſeruientibus donaui, & perpetuò poſſidendum tradidi, & contra vniuerſos qui aliquid horum calumniari vellent, me meoſque firmam & fidelem garantiam ferre omni tempore promiſi. HVGO *autem* MONTIS SANCTI IOHANNIS DOMINVS, *gener videlicet meus, quem heredem caſtri* VERGIACENSIS *conſtitui, hæc laudauit & conceſsit in manu domni Gilleberti Abbatis Ciſtercij. Hoc audiui ego & laudaui, & Iohannes de Sauigni Decanus Diuionis, Guillencus S. Philiberti Capellanus, Vvichardus Cellararius Ciſtercij, Iohannes Conuerſus,* ARTALDVS DE SANCTO PREIECTO *nepos meus, Vvirricus Craſſus. Meæ verò donationi, quam antè feceram, interfuerunt ipſe Abbas Ciſtercij G. Robertus Prior Ciſtercij, Arnaldus Cellararius, Aimericus Prior de Gilli, Hugo de Villa. Filia etiam mea* ELIZABETH *vxor ipſius Hugonis de Monte ſancti Iohannis hoc itidem conceſsit & confirmauit apud Montem S. Iohannis precibus meis in preſentia mariti ſui, in manu Galonis Abbatis Buxeriæ, & Vvichardi Cellerarij Ciſterc. Teſtes, Galterius conuerſus, Odo conuerſus, Galterius de Mairé Capellanus, Richardus Presbyter de Salmaſia,* VVIRRICVS & LEBALDVS CRASSVS DE VERGI, *Artaldus de S. Prejecto, Guido de Furno, Vicardus de Varennis, Galterius de Agulli, & filius eius Rainaldus, & alij. Et ne aliquis inimicus Dei & meus aliquam vnquam occaſionem ſuſurrandi contra hæc aſſumere valeat, ſigillo meo hanc donationem confirmaui, inſuper & ſigillo Paſtoris mei* HENRICI *Eduenſis Epiſcopi conſignari feci. Anno ab incarnatione Domini* MCLXVII.

1171. *Ego* HERVEIVS DOMINVS VERGIACI. *Notum eſſe volo tam preſentibus quàm futuris, quòd Eccleſiæ Dei Ciſtercij dedi in eleemoſynam vſuaria & paſturas per omnem terram meam, preſente nepote meo* ERVEIO *Abbate S. Stephani, ipſique præcepi veſi neceſſe eſſet huius doni mei teſtimonium ferret; & ſi quis contra ire vellet, modis omnibus id manu teneret. Huius rei teſtes ſunt, Iohannes Prior Ciſtercij, Vvido Monachus, Hugo Prior Floriaci, & Erueius frater eius Maior, Iohannes Canonicus S. Stephani, Henricus de Canauis, Vvarnerius & Vvalo conuerſi, Arnaldus Monachus Ciſtercij: Petrus, Harueius, Stephanus, famuli mei. Manneius frater Templarius. Vt autem hoc omni tempore ratum ſit, preſentem Cartulam ſigillo meo communiui. Hoc quoque laudans & concedens, vt omnia, quibus ea die, qua Carta hæc data eſt, anno videlicet* MCLXXI. *inueſtita erat ipſa Ciſtercienſis Eccleſia, liberè & quietè poſſideret.*

Digitized by Google

10. ELIZABETH DAME EN PARTIE de Vergy & de Chaſtelcenſoy, fille de HERVÉ DE VERGY, & ſa poſterité.

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de Rigney au dioc. d'Autun.

EGO HVGO *dominus* MONTIS SANCTI IOHANNIS, & *ego* STEPHANVS *filius ipſius Hugonis. Notum fieri volumus præſentibus & futuris, nos acquitaſſe & in perpetuum liberè conceſsiſſe Fratribus de Reigniaco quartam partem quam reclamabamus in terris & nemoribus quæ Comes Guillermus Niuernis donauit, cùm in vadimonio partem noſtram Caſtri-Cenſorij à nobis teneret. Acquitauimus etiam eis iure perpetuo deinceps liberè poſsidendam, & conceſsimus grangiam Leſchiarum cum omnibus appendiciis ſuis, terris ſcilicet, ſiluis, pratis, paſcuis, vſuariis, & aaſanctis: & quidquid iuſtè vel iniuſtè aduerſus iam dictos Fratres de Reigniaco reclamabamus, vel reclamare poteramus in hiis omnibus quæ prædicti Fratres tenebant vel inueſtiti erant menſe vno antequam redimeremus partem noſtram Caſtri-Cenſorij à Comite Bellimontis, in omnibus finibus Leſchiarum, & in omnibus quæ pertinent ad Caſtellaniam Caſtri-Cenſorij. Hæc omnia pro ſalute animarum noſtrarum & anteceſſorum noſtrorum Deo & ſanctæ Mariæ & prædictis Fratribus de Reigniaco in elemoſynam iure perpetuo dedimus & conceſsimus, & ob hoc etiam à prædictis Fratribus de beneficio Eccleſiæ Reigniaci* XLV. *libras Siluigniacenſes accepimus. Hoc enim ab* HVGONE *domino Montis ſancti Iohannis conceſſum eſt & laudatum ſubtus Montem ſancti Ioannis. Hoc etiam donum à me* STEPHANO *filio prædicti Hugonis, & à fratre meo* GVILLERMO *conceſſum eſt & laudatum apud Vizeliacum in domo Aymonis pelliparij, & poſitum in manu Abbatis Reigniaci. Hoc laudauit* GILA *vxor mea apud Noiers caſtrum. Hoc totum laudauit* YSABIAVS *vxor mea, & mater filij mei Stephani, in caſtro Canonicorum de* VERGY, & IOHANNES *filius meus. Laudauit hoc* AGNES *filia mea in domo de Vergi. Vt igitur iſtud ratum & firmum perpetuò habeatur, præſentis ſcripti munimine, & ſigilli noſtri & ſigillorum Capituli ſancti Viuentij, & Capituli Canonicorum de Vergi fecimus roborari. Actum eſt hoc anno ab incarnatione Domini* MCLXXX. 1180.

Lettres rapportées par Louys Gollut au Liu. VII. de ſes Memoires Sequanoiſes, Chap. III. p. 407.

Ego STEPHANVS DE MONTE SANCTI IOHANNIS. *Notum facio tam futuris quàm preſentibus, quòd cùm* ODO *Dux Burgundiæ dominus meus ligius guerram haberet cum Comite Cabilonenſi, & cum* HVGONE DE VERGEIO, *& dominis de Champlite, ro-* [1] HVGO.

gauit me per homagium ſuum ligium, & per ligeitatem qua ei obligatus eram ſubmonuit & conjuranit, vt contra eos ipſum adjuuarem. Quod quidem mihi graue fuit & moleſtum, tum quia HVGO DE VERGEIO *dominus meus & conſanguineus meus erat; tum quòd de caſtello* VERGEII, *quod ego & ipſe ſimul poſsidemus, multa damna tam mihi quàm heredi meo poterant inferre, vel etiam exheredare; tùm quòd alter dominorum de Champlite ſororius meus erat. Tamen, conſiderata domini mei Ducis neceſsitate, ad jurationem, qua me per ligeitatem qua ei tenebar aſtrinxerat, quam prætermittere non poteram, omnibus damnis & periculis, quæ mihi ſuper hoc poſſunt imminere, penitus me exponens, maximè cùm ei nullatenus velim vel debeam deeſſe, juraui domino meo ligio, quòd ipſum & nunc & in poſterum, quandiu contra ipſos guerram habuerit, bona fide ſecundum poſſe meum adjuuabo, nec aliquando cum ipſis pacem faciam, niſi certo aſſenſu & voluntate domini mei Ducis. Similiter juraui &c. Vt autem dominum meum Ducem ſuper his pactionibus ſecuriorem facerem, juraui quòd ſi aliquando ab his pactionibus reſilirem, caſtella mea quæ de ipſo in feodo teneo, videlicet media pars Vergeij, Mons S. Ioannis, Sarmaſia, Charnei, Chatelium, in dominium ſuum redigerentur, & ſua eſſent. Pro his autem pactionibus bona fide exequendis, & pro Seneſchalia mea, quam ei quittaui, dedit mihi O. dominus meus Dux & heredibus meis in perpetuam poſſeſsionem quidquid habebat in villa de Auuillers, & in poteſtate de Fangi, & de Orſens. Sciendum autem quòd pro his bona fide exequendis, O Duci domino meo hos conſtitui plegios & reſponſores, videlicet Bertrandum de Saudon, Ioannem de Caſtronouo, Guidonem de Chaudenay, Galtherum de Sombernon, Obertum de Giſeyo, Remundum de Mucher, Vvillelmum dominum Anceij, & Poncium fratres meos, Vvillelmum de Marrignei, Hugonem de Tricaſtello, nepotes meos, &c.*

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de Ciſteaux.

1188. NOTVM *ſit omnibus tam futuris quàm præſentibus, quòd cùm dominus* STEPHANVS DE MONTE SANCTI IOHANNIS *haberet aduerſus Domum Ciſtercienſem querelas de paſturis Caſtellaniæ* VERGIACI, *de vineis Perret Abonet, & de aliis vineis, & de via Petrariæ de Vouget, & de nemoribus de Laſtrece, pacificatæ ſunt in hunc modum. Conceſsit idem Stephanus bona fide & quittauit Deo & b. Mariæ & Fratribus Ciſtercienſibus paſturas & vſagia in tota terra ſua de Caſtellania Vergiaci: ita quòd ſi fortè alicui fecerint damnum, pro ſola reſtauratione damni pacem habebunt, excepto quòd nemus de Speiſia ſibi retinuit, in quo tamen vſum paſturæ Ciſtercienſibus conceſsit. In aliis etiam nemoribus eiuſdem Stephani non capient groſſas quercus, & ſi fortè ceperint, pro capitali reddito pacem habebunt. Vineas quoque Perret Abonet, & omnes alias vineas, de quibus calumniam mouerat, & viam etiam*

Digitized by Google

Petrariæ de Vouget conceſsit Ciſtercienſibus & quittauit. Præterea dimiſit ex toto calumniam quam Ciſtercienſibus mouerat ſuper nemoribus tenementi de Laſtrece, & quittauit omninò ſi quid juris illic habebat, ſaluo vſagio hominum ſuorum de Vrſens. De aliis nemoribus habebit vnuſquiſque quod habere debebit. Teſtes huius rei, Abbas Villelmus Ciſtercij, Abbas Hugo Miratorij, Petrus Prior Ciſtercij, Pontius Cellerarius, Conſtantinus Monachus. HVO DOMINVS VERGIACI, *&* SIMON *frater eius. Hugo Bujuns, Humbertus de Porta, milites. Hanc conceſsionem & pacem conceſsit & grahantauit dominus* HVGO DE MONTE SANCTI IOHANNIS *pater eiuſdem Stephaniſe tenere & manutenere propoſſe ſuo. Hoc ipſum laudauerunt & conceſſerunt domina* ISABEL *mater prædicti Stephani, & domina* GILLA *vxor eius. Sed & idem Hugo de Monte ſancti Iohannis & præfata Elizabet recognouerunt coram multis, quòd præmemoratus Stephanus benè potuit hanc rem facere, quoniam eidem Stephano conceſſerant ambo & dederant quicquid in Caſtellania* VERGIACI *habebant. Teſtes, Pontius Cellerarius Ciſtercij, Conſtantinus Monachus, Hugo conuerſus, Stephanus Capellanus Gilliaci, Odo Bertranc & Hugo de Charré milites, Odo Clericus. Hanc eandem conceſsionem & pacem* GVILLELMVS *eiuſdem Stephani frater fide data firmauit, & grahantauit ſe tenere & manutenere pro poſſe ſuo. Teſtes, Pontius Cellerarius Ciſtercij, Conſtantinus Monachus, Lambertus & Chriſtianus conuerſi, Odo Bertranc miles, Petrus Prepoſitus Vergiaci, Henricus Lupus, Odo Clericus, Bernardus de Landrea. Præterea memoratus Stephanus de Monte ſancti Iohannis ſtatuit dominum Ducem* HVGONEM, *& domiuum* HVONEM VERGIACI, *reſponſores vt hoc manutenerent, & ſigillis ſuis firmarent. Actum anno ab incarnatione Domini* M. C. LXXX. VIII.

Charte dont l'original eſt aux Archiues du Prieuré de S. Viuent.

A viris prudentibus ab antiquo prouiſum & excogitatum fuit, vt ea quæ ſtabiliùs volebant permanere, litteris commendarent. Sciant ergo præſentes & futuri, quòd dominus STEPHANVS DE MONTE S. IOHANNIS *quidquid habebat in territorio de Arcenau in omnibus commoditatibus, in nemoribus, in aquis, in planis, in hominibus iuſticiandis, imò in omni dominio prædicti territorij, & quicquid in alieno dominio Monachi ſibi acquirere poſſent, vſus etiam atque conſuetudines, quas homines Monachorum habebant tunc temporis quando elemoſyna facta fuit, in omni loco dominationis eius, pro anima ſua & pro anteceſſoribus ſuis Eccleſiæ beati Viuentij atque Monachis ibidem Deo ſeruientibus, omnia iſta quę prędicta ſunt in perpetuum liberè poſsidenda conceſsit. Monachi verò pro præfata elemoſyna ſingulis diebus in celebratione Miſſæ pro domino Stephano cum pertinentibus ad eum propriam orationem ſe facturos promiſerunt. Hanc etiam elemoſynam, de qua mentionem fecimus, Mo-*

Digitized by Google

nachi non poſſent alienare vel ponere ſub tutela alicuius, quandiu dominus Stephanus vel ſucceſſores eius vellent ſatisfacere eis per Capitulum S. Dionyſij. Item pro certo apud omnes teneatur, quòd dominus Stephanus, GILLA *vxor ſua,* HVGO *pater eius, &* ELIZABETH *mater ſua, &* GVILLELMVS *&* PONTIVS *fratres ſui, ſuprà memoratam elemoſynam laudauerunt. Vt autem hoc donum ratum & inconcuſſum permaneat, nec ab aliquibus in poſterum caſſari poſſet, dominus Stephanus & Monachi multorum ſigillorum munimine præſentem paginam muniri fecerunt, ſcilicet ſigillo Eduenſis Epiſcopi, ſigillo Abbatis Ciſtercij, ſigillo Ducis Burgundiæ, ſigillo S. Dionyſij, ſigillo domini* HVONIS DE VERGEIO, *& proprio ſigillo domini* STEPHANI. *Iterum ſciendum eſt, quòd dominus Huo promiſit ſe elemoſynam manutenere, ſi dominus Stephanus vel ſucceſſores eius vellent in aliquo contraire. Similiter teſtes prædicti ſe promiſerunt executores iſtud idem. Actum eſt hoc in clauſtro S. Dionyſij de Vergeio, anno ab incarnatione Domini* MCLXXXVIII. *regnante Clemente Papa, & Philippo Rege Francorum, Hugone Duce Burgundiæ. Huius rei teſtes ſunt, Guido de Lenat, Robertus Presbyter, Aruerius, Amicus, Robertus, Monachi: Petrus Decanus, Petrus de Nuy, Odo de Baſſe, Ioannes Phyſicus, Nicolaus, Gilo, Chriſtianus, Canonici: Aymo Talafer, Guido frater eius, Odo Bertrand, milites.*

Seellé de cinq ſeaux, dont l'vn eſt d'ESTIENNE Seigneur de Mót S. Iean, où ſe void d'vn coſté vn homme à cheual tenant en ſa main gauche vn grand Eſcuſſon, dans lequel y a trois autres petits eſcuſſons releuez: & au contreſeel eſt la figure du Chef de S. Iean Baptiſte. Vn autre eſt de HVGVES Seigneur de Vergy repreſenté cy deſſoubs.



Charte tirée du Chartulaire de S. Denys de Vergy.

1196. *Sciant tam præſentes quàm futuri, quòd ego* STEPHANVS DE MONTE S. IOHANNIS *pro anima mea & pro animabus anteceſſorum*

Digitized by Google

rum meorum Eccleſiæ S. Dionyſij & Canonicis ibidem Deo ſeruientibus, omnem juſtitiam quam habebam in hominibus Canonicorum qui manent vel qui manere poſſunt in territorio de Tarnant, in perpetuum conceſsi. Hoc laudauerunt HVGO *pater meus, &* ELIZABETH *mater mea, & fratres mei* GVILLELMVS *&* PONTIVS. *Ne autem ſuper hoc aliqua poſſet oriri controuerſia, preſentem paginam proprio ſigillo meo roborani. Huius rei teſtes ſunt Stephanus Prior S. Vincentij, Odo Decanus Vergeij, Iohannes Luſcus, Guido Taillefers,* HELISABETH *ſoror mea, & multi alij. Hoc autem apud Marrigneium actum eſt anno ab incarnatione Domini* MCXCVI.

Extrait du Martyrologe de l'Abbaye de Ciſteaux.

V. *Kal. Martij obiit* STEPHANVS *miles & dominus Montis ſancti Iohannis.*

Extrait du Chartulaire de lameſine Abbaye de Ciſteaux.

Litteræ VVILLELMI *domini Montis S. Iohannis, quibus dat Eccleſiæ Ciſterc. medietatem Vvaure S. Marcelli, cum laude & aſſenſu* VVILLELMI *filij ſui. Actum anno* MCCIX. 1209.

Extrait du Chartulaire de Champagne.

Litteræ VVILLELMI DE MONTE S. IOHANNIS, *quibus eſt homo ligius Regis de* XXX. *libris in nundinis Barri, nec poteſt eas aliquis tenere niſi dominus Montis S. Iohannis. De quo caſtro & de ſe & de ſuis tenetur ipſum juuare contra omnes. Anno* MCCXXII. 1222.

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de Pontigny.

Ego Iobertus dominus Anceij Franci, & ego GVILLELMVS MONTIS S. IOHANNIS *dominus, Notum facimus preſentibus & futuris, quòd nos bona fide conceßimus Deo & Eccleſiæ Pontigniac. elemoſynam quam fecerunt eidem Eccleſiæ domina Dammeruns abaua noſtra, & domina* BVRA *mater noſtra, videlicet* X. *ſolidos annuatim percipiendos in cenſibus noſtris de Poilliaco in feſto b. Remigij perſoluendos. Vt autem hæc elemoſyna in perpetuum ſtabilis habeatur, ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari. Actum anno gratiæ* 1229. *menſe Martij.* 1229.

Lettres dont l'original eſt au Threſor des Chartes du Roy, Laiette cottée *Bourgongne* VI.

Ego GVILLELMVS *Dominus* MONTIS S. IOHANNIS. *Notum facio vniuerſis preſentes litteras inſpecturis, quòd cùm dominus meus* HVGO *Dux Burgundiæ per excambium quod fecit cum nobili viro* IOHANNE *Comite Cabilonis, domino Regi Franciæ fecerit homma-* 1239.

Digitized by Google

gium ligium contra omnes homines & feminas qui poſſunt viuere & mori, de Charrolis & monte S. Vincentij, & Caſtellaniis & pertinentiis eorumdem, per conuentiones quas habet cum eo, ſicut in litteris eiuſdem Ducis continetur. Ego ad petitionem & voluntatem dicti Ducis erga dominum Regem conſtitui me plegium ſub hac forma: quòd ſi idem dominus meus Dux Burgundiæ, vel heres vel ſucceſſor ipſius, à conuentionibus illis obſeruandis defecerint, ego cum omnibus feodis quæ de dicto Duce teneo, ad dominum Regem vel eius heredem venirem, & me cum ipſis tenerem, donec ad voluntatem domini Regis vel ipſius heredis emendatum fuiſſet. Has autem conuentiones prædictas juraui me firmiter ſeruaturum. Actum anno Domini MCCXXXIX. *menſe Maio.*

Seellé d'vn grand ſeau de cire blanche, où eſt repreſenté vn hõme à cheual tenant en ſa main droite l'eſpée nuë, & en la gauche vn eſcu remply de trois petits eſcuſſons, le cheual bardé de meſme, & au contreſeel vn autre eſcu de meſme.

Charte, dont l'original eſt en la Chambre des Comptes de Dijon.

Ego GVILLELMVS *dominus* MONTIS S. IOHANNIS. *Notum facio omnibus preſentes literas inſpecturis, quòd cùm diſcordia verteretur inter me ex vna parte, & dominum meum* HVGONEM *Ducem Burgundiæ ex altera: tandem bonis viris mediantibus fuit ſopita & pacificata in hunc modum. Quòd ipſe dedit* GVILLELMO *filio meo primogenito* MARGARETAM *filiam ſuam in matrimonium. Et propter hoc quitaui eidem Duci & heredibus ſuis in perpetuum quicquid iuris habebam vel habere poteram in caſtro & monte* VIRGEII, *tam in feodis quàm in dominiis contentis & ſitis ibidem. Ita quòd hominibus de Virgeio remanent terræ & hereditates & vſuagia vbicumque ea habebant. Quitaui ei etiam nemus quod dicitur Eſpiſsia. Et hæc quitaui ſaluo iure quod habebam & habere debebam in Caſtellania Virgeij, & in terra extra Virgeium, tam in feodis quàm in iuſticiis, dominiis, & omnibus rebus aliis quæ mihi & heredibus meis pacificè remanent & quietè. Idem verò dedit dictæ Margaretæ filiæ ſuæ in maritagium quingentas libratas terræ ad monetam Diuionenſem, ita quòd ad preſens aſſedit domum ſuam de Molineto, cum villa & appendiciis & pertinenciis, pro ducentis libratis terræ, quæ ſupra dicta tenetur tantum facere valere. Contracto matrimonio, ad reſpectum bonorum virorum tenetur alias trecentas libratas terræ pro dicto maritagio aſſedere. Remiſit etiam mihi & heredibus meis, & quittauit iuramentum & redditionem Montis ſancti Iohannis, dominio Montis ſancti Iohannis de ſuo feodo ligio remanente. Præter hæc etiam Mons-Rotundus debet eadem in re firmare. Et ſi fortè, quod abſit, dictus* GVILLELMVS *filius meus ante contractum matrimonium decederet, alter filius meus, qui loco ipſius in domo Montis ſancti Iohannis ſuc-*

Digitized by Google

cederet, dictam Margaretam ducet in vxorem. Illi autem filiorum meorum, qui filiam Ducis habebit in vxorem, dedi post decessum meum Mõtem sancti Iohannis, Salmasiam, & Othoyseum, cum omnibus feodis, dominiis, & pertinentiis eorumdem. Si vero inter ipsos matrimonium non contraheretur, vel si contraheretur, & ipsi, quod absit, sine herede corporis sui decederent; trecentæ libratæ terræ, quas contracto matrimonio debet dictus Dux assedere, eidem remanent. Molinetum tamen cum villa & appendiciis, & iuramentum & redditum Montis sancti Iohannis pro recompensatione donationis Virgeij, mihi & meis heredibus remanebit. Et per istam compositionem omnes iniuriæ & emendæ, quas idem Dux erga me & ego erga ipsum hactenus habuimus, remissæ sunt adinuicem & quitatæ. Hoc excepto, quòd si idem Dux vel homines sui me vel homines meos de aliquibus deuestierunt, nos faciet reuestiri. Et nos ipsi & hominibus suis ius facere tenemur. Hæc omnia iuramento corporaliter præstito promisi tenenda, & adimplenda, & inuiolabiliter obseruanda. In cuius rei testimonium & munimentum præsentes litteras feci sigilli mei munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, mense Iunij, Sabbato proximo post quindenam Pentecostes.

Seellé comme la Charte precedente.

Lettres tirées du Chartulaire de l'Abbaye de Cisteaux.

Ego GVILLELMVS MONTIS S. IOANNIS *dominus de Salmasia. Notum facio vniuersis præsentibus & futuris, quòd cùm tenerer reddere Abbati & Conuentui Cisterc. pro debito bonæ memoriæ* VVILLELMI *quondam domini Montis S. Iohannis patris mei* CC. *libras Dijon. & c. concessi eisdem de consensu fratris mei* STEPHANI *ad opus animalium suorum pro prædictis* CC. *libris pasturas meas de Fusse, & omnia casamenta in eisdem pasturis. Actum anno Domini* MCCLV. 1255.

Extraits d'vn Regiſtre du Threſor des Chartes du Roy cotté xxx.

Ego STEPHANVS DE MONTE S. IOHANNIS *armiger, filius quondam* GVILLELMI DE MONTE S. IOHANNIS. *Notum facio vniu. p. & f. quòd ego excellentiſsimo domino meo* LVDOVICO *Dei gratiâ Francorum Regi illustri tradidi, quittaui & guerpiui in perpetuum ac heredibus suis castrum de Feritate Alipdis, cum tota Castellania & pertin. eorumdem & c. cum omni iure quod ibidem habebam vel habere poteram tam ex parte matris meæ, quàm etiam aui mei* GVILLELMI DE BARRIS, *vel al. vndecumque, nihil penitus mihi vel meis heredibus retinendo. Ita quod ipse dominus meus* LVDOVICVS *Rex pro prædictis, quæ ipse & heredes sui in perpetuum possidebunt, reddent mihi & heredib. meis quolibet anno* CCC. *libras par. in octab. omnium Sanctorum Pariſ. apud Templum & c. Quod vt ratum, & c. Actum anno Domini* MCCLIX. *mense Septembr.* 1259.

Vniuerſis preſentes litteras inſpecturis, STEPHANVS DE MONTE S. IOHANNIS *dominus de Salmeſia, &* MATHILDIS *eius vxor ſal. Notum facimus, qnòd cùm nos haberemus & poſſideremus ex quodam eſcambio à nobis facto cum domino Rege Francorum de Feritate Aales, ac etiam perciperemus annis ſingulis in feſto omnium Sanctorum in cofris domini Regis Pariſius apud Templum* CCC. *libras Par. annui redditus, nos vendidimus & in perpetuum quittauimus* C. *&* L. *libras Pariſ. ipſius annui redditus Ioanni Sarraceno domini Regis Cumbellano, & Agneti eius vxori, &c. Actum apud Vizeliacum anno Domini* MCCLXIX. *menſe Martio.*

Extrait d'vn Regiſtre d'Arreſts prononcez au Parlement des Octaues de la Natiuité de noſtre Dame l'an MCCLX.

1260. CVM STEPHANVS DE MONTE S. IOHANNIS *armiger quittauiſſet, tradidiſſet, & guerpiuiſſet in perpetuum Domino Regi & eiùs heredibus caſtrum de Feritate Aelidis cum pertinentiis, pro* CCC. *libris pariſ. annui redditus ſibi & heredibus ſuis in perpetuum à domino Rege & ſucceſſoribus ſuis reddendis Pariſ. apud Templum. Ita tamen quòd dominus Rex teneatur ſoluere feoda & elemoſynas quæ prædictus Stephanus & prædeceſſores ſui ibidem ſoluebant. Dominus* ANSELLVS DE TRIENELLO *maritus ſororis ipſius Stephani ſupplicauit & petiit à domino Rege, quòd ipſum caſtrum de Feritate cum pertinentiis ſibi deliberaret & redderet tanquam proximiori ratione vxoris ſuæ, reſumendo permutationem ſuam, videlicet* CC. *libras prædictas, quas indè prædicto Stephano & heredibus ſuis debebat reddere annuatim. Et hoc petiit idem Anſellus infra annum & diem à confectione permutationis prædictæ. Audita verò huiuſmodi petitione ipſius Anſelli, vnanimiter fuit cõcordatum & determinatum per totum Conſilium domini Regis, quòd huiuſmodi* CCC. *libræ annui & perpetui redditus ſunt hereditas; & quia dominus Rex dedit hereditatem pro hereditate, nec aliqua ſumma pecuniæ appoſita fuit in huiuſmodi permutatione, non eſt ibi retractus, nec ſuper hoc debet audiri idem Anſellus. Et ſuper hoc fuit eidem Anſello ſilentium impoſitum.*

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Rigney.

1211. NOVERINT *vniuerſi preſentem Cartam inſpecturi, quòd ego* PONCIVS DE MONTE S. IOHANNIS *quittaui, & in perpetuum liberè conceſſi Deo & beatæ Mariæ & Fratribus de Reigniaco quicquid reclamabam vel reclamare poteram iuſtè vel iniuſtè in Caſtellania Caſtricenſorij, ſcilicet grangiam Leſcheriarum, & in omnibus appendiciis ſuis, & in finagio de Beſſi, & in aquis, in pratis, in Eonte-roboris vnde dicti fratres erant inueſtiti, &c. Hoc laudauerunt duæ filiæ meæ* AGNES *&* ELIZABETH, *& vxor mea* SIBYLLA, *& filius meus* HVGO,

&c. Hoc etiam laudauit & conceſsit dominus Acelinus de Merry, qui feodum de Beſsi de me tenebat, &c. Actum Verbi incarnati anno M. CC. XI.

Chartes extraites du Chartulaire de Champagne.

Ego PONTIVS DE MONTE SANCTI IOHANNIS. *Notum facio vniuerſis preſentibus & futuris, quòd cùm dudum homo eſſem cariſsimæ dominæ meæ B. Comitiſſæ Campaniæ de* XX. *libris in nundinis Barri aſsignatis, & poſtmodum tam ipſa Comitiſſa, quàm cariſsimus meus Dominus alias* XX. *libras mihi creuiſſent in eiſdem nundinis aſsignatas, & præterea dediſſent mihi* CCC. *libras in denariis: Ego juraui eis ſuper Sanctos, quòd ipſos & heredes eorum bona fide juuabo de me & de gentibus meis, & de fortericiis meis, & ſi opus fuerit in capite guerriabo contra Herardum de Brena & Philippam vxorem eius, & contra Aalidem Reginam Cypri & heredes eorum, & contra adjutores eorumdem. Hoc excepto, quòd ſi ſupradicta Comitiſſa, vel Comes, aut gentes eorum irent ſuper* MILONEM DE NOERIIS *ſororium meum in caſtello ſuo de Noeriis, vel in alia terra ſua propria, ego vel gentes meæ non teneremur illuc ire. Sed ſi idem Milo vel gentes ſuæ irent ſuper Comitiſſam vel Comitem, aut ſuper gentes eorum, teneremur eos & terram eorumdem pro viribus defenſare. Sciendum eſt autem quòd heres meus, qui Charniacum tenebit, feodum prædictarum* XL. *librarum habebit. Vt autem hæc omnia teneantur rata, litteris annotata ſigilli mei munimine roborani. Actum anno gratiæ* MCCXIX. *menſe Iunio.* 1219.

Ego PONTIVS DE MONTE S. IOHANNIS *omnibus notum facio &c. quòd cùm cariſsimus dominus meus Theobaldus Campaniæ & Briæ Comes Palatinus conceſsiſſet mihi quòd ego faciam apud* RIE *quandam domum fortem jurabilem ipſi qualemcumque voluero, ego & heredes mei quicumque tenebunt dictam domum, tenemur deliberare & reddere ſine omni contradictione & difficultate illam eandem domum ipſi vel ipſius mandato & heredibus eius vel ipſorum mandato, quamcitò, quandocumque, & quotienſcumque ab ipſo vel ipſius mandato, & ab heredibus eius vel ipſorum mandato fuerimus requiſiti, ad paruam vim & ad magnam. Actum apud ſanctum Florentinum anno Domini* MCC. XXIX. *menſe Septembri.*

Ego PONCIVS *dominus Cuiſelli, &* LAVRENCIA *vxor mea. Notum &c. quòd nos concedimus in dotalitium* AGNETI *filiæ domini* PONCII DE MONTE S. IOANNIS *totam eſcheetam Comitatus Barri ſuper Sequanam vbicumque fuit, ita tamen quòd ego Laurentia quandiu vixero medietatem illius eſcheetæ vel permutationis ſuper ea factæ pacificè poſsideam. Aliam verò medietatem poſsidebit dictus P.... donec H. filius noſter ad eam ætatem peruenerit quòd poſsit tenere terram. Si verò, quod abſit, H. vel Agnetem decedere contigerit, idem P. pro marita-* 1220.

Digitized by Google

gio filiæ ſuæ eſcheetam teneret pro CCC. *marcis argenti quæ ſunt datæ in maritagio. Solutis* CCC. *marcis, tota eſcheeta ad nos & ad heredes noſtros reuertetur. Actum anno Domini* MCCXX. *menſe Iunio.*

1223. *Ego* PONTIVS DE MONTE S. IOHANNIS *dominus de Charni. Notum facio vniuerſis tam preſentibus quàm futuris, quòd cùm cariſſimus dominus meus Theobaldus Campaniæ & Briæ Comes Palatinus mihi & heredibus meis dominis de Charni in feodo & homagio dediſſet feodum de Coyre & de Oſtricort, ſicut illud tenebat bonæ memoriæ* MILO *Comes Barri ſuper Secanam, ego recognoui coram ipſo Theobaldo Comite fortericias illas eſſe jurabiles ipſi Comiti & eius heredibus, & reddibiles ad magnam vim & ad paruam. Et hoc tenebuntur recognoſcere heredes mei domini de Charni, nec alius heredum meorum feodum illud tenere poterit niſi dominus de Charni. Verumtamen, ſi heredes qui tenent fortericias illas in domanio contradixerint illas eſſe jurabiles dicto Comiti & reddibiles, & hoc probare poterunt, ipſe Comes patienter tenebitur ſuſtinere. Ceterùm ſi domina Duciſſa Burgundiæ indè mouerit quæſtionem, ego teneor ipſam facere hoc laudare, dummodo idem Comes recognoſcat illud feodum ſe tenere de ipſa Duciſſa, cum alio feodo quod jam tenet de ipſa, & de hac recognitione tradat ipſi Duciſſæ litteras ſuas patentes. Quod vt ratum permaneat & firmum teneatur, litteris annotatum ſigilli mei feci munimine roborari. Actum anno gratiæ* MCCXXIII. *menſe Iulio.*

Nos Pontius de Cuſello & Laurentia vxor mea. Notum facio vniuerſis p. l. i. quòd in preſentia cariſſimi domini mei Theob. Com. Campaniæ & Briæ Palatini conſtituti creantauimus & conceſſimus nos bona fide ratum habituros & firmiter obſeruaturos quicquid dominus PONCIVS DE MONTE S. IOANNIS *faceret erga dominum Comitem Campaniæ de eſcheeta quæ ad me Laurentiam jure hereditario deueniet ab auunculo meo* MILONE *quondam Comite Barri ſuper Sequanam, in Comitatu ſcil. dicti Barri. Actum apud Diuionum anno* MCCXXIII. *die Dominica in media Quadrageſima,* III. *Non. Aprilis.*

Extrait du Chartulaire des fiefs de l'Egliſe de Langres.

1228. *Ego* PONCIVS DE MONTE S. IOHANNIS *dominus Charneij. Notum facio vniuerſis quòd H. Dei gratiâ Lingonenſis Epiſcopus quamdiu vixerit mihi dedit Eſchanlardum piſcatorem & heredes ipſius cum rebus ipſorum. Et ſciendum eſt quòd poſt deceſſum ipſius Epiſcopi idem Eſchanlardus & heredes ipſius cum rebus ſuis ad dominium prædicti Epiſcopi liberè & pacificè reuertentur. Quod vt ratum permaneat, præſentes litteras ſigillo meo roborani. Actum anno Domini* MCCXXVIII. *menſe Septembri.*

Digitized by Google

Lettres tirées du Chartulaire de l'Abbaye de Rigney.

Ego HVGO DOMINVS CARNEII. *Notum facio tam preſentibus quàm futuris preſentem paginam inſpecturis, quòd cùm pater meus* PONCIVS DE MONTE S. IOHANNIS *dominus Carneïj dediſſet in puram & perpetuam elemoſynam Abbati & Conuentui Reigniacenſi* X. *&* VIII. *ſextarios auenæ, & duos modios vini ad menſuram Aualonis pro remedio animæ ſuæ & anteceſſorum ſuorum, quam elemoſynam ego laudaui & approbaui. Et quia pater meus ſupranominatus dicta* X. *&* VIII. *ſextaria & duos modios vini non aſſignauerat vt promiſerat Abbati & Conuentui ſupradictis: ego* HVGO DOMINVS CHARNEII *ſæpedicta* X. *&* VIII. *ſextaria auenæ & duos modios vini ad menſuram Aualonis poſtmodum aſſignaui ſuper omnes redditus meos de Foelem & de Caſtrocenſorio percipienda annis ſingulis in perpetuum.*

Egõ GALCHERVS DE S. FLORENTINO *miles dominus Paceïj, &* ELIZABETH *vxor mea. Notum facimus omnibus præſentes litteras inſpecturis, quòd cùm controuerſia verteretur inter nos ex vna parte, & religioſum virum Abbatem & Conuentum Reigniac. ex altera, ſuper quodam nemore ſito in poteſtate Caſtricenſorij, quod dicitur nemus de Bergerete, quod nemus dicti Abbas & Conuentus dicebant ſuum eſſe de elemoſyna bonæ memoriæ Guillelmi quondam Comitis Niuernenſis, & piæ memoriæ quondam prædeceſſorum noſtrorum* HVGONIS *quondam domini Montis ſancti Iohannis, &* STEPHANI *filij eius, & inſuper* PONCII *quondã domini de Charneio. Nobis econtrario aſſerentibus, quòd eramus in poſſeſſione dicti nemoris, & fueramus per longum tempus, & quòd dictum nemus erat noſtrum. Tandem poſt multas altercationes, mediantibus bonis viris, talis inter nos & dictos Abbatem & Conuentum compoſitio interceſſit, quòd nos credentes dictos Abbatem & Conuentum Reigniac. in dicto nemore aliquod iuris habere, volumus & conceſſimus quòd ipſi habeant & poſſideant in perpetuum quietè & pacificè, & abſque vlla contradictione, medietatem dicti nemoris de Bergerete cum fundo, &c. Inſuper ego* ELIZABETH *domina Tilij, ſpontanea & non coacta de mea voluntate hæc omnia laudaui & approbaui, cùm prædictum nemus eſſet de hereditate mea, &c. Actum anno Domini* MCCXLIX. *menſe Martio.* 1249.

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Ciſteaux.

Ego HVGO *dominus Charneïj. Notum facio vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd cùm bonæ memoriæ dominus* PONCIVS CHARNEII *pater meus dediſſet olim Deo & beatæ Mariæ Ciſtercienſi, & fratribus ibidem Deo ſeruientibus, &c. vnum modium bladi ad menſuram Montis ſancti Iohannis in Furno de Noydant, &c. elemoſynam ſupradictam in tertiis meis dictæ villæ de Noydant aſſignaui. Actum anno Domini* MCCLII. *menſe Iulio.* 1252.

Digitized by Google

ADDITION A LA PAGE 146.

Extrait de la Chronique Ms. d'Alberic Moyne de Troisfons au diocese de Lige, qui finit en l'an 1241.

ANNO MCLXXXIIII. *factum est quidem aliquod dierum curriculum, & Hugo Dux Burgundiæ obsedit* VERGIACVM. *Et cùm ammonitus à Rege numquam voluit obsidionem dimittere, Rex collecto exercitu ad supplicationem* GVIDONIS *domini eiusdem castri misit cum ipso exercitu Hugonem de Broys: qui habuit super isto negocio consilium senum & juuenum, sed consilio juuenum quod melius in casu fuit, Ducem ab obsidione remouit, & fugauit. Nec multo post Castellionem castrum nobilissimum Ducis super fluuium Sequanam situm obsedit Rex, & per vim cepit, & coegit Ducem vellet nollet restituere Ecclesiis & Clero* XXX. *millia libras quas eis abstulerat violenter, & secundum quod damna ab eo illata æstimata fuerunt.*

Postea idem Dux combussit terram de Broys.

PREVVES

PREVVES DV LIV. IV. DE

L'HISTOIRE DE LA MAISON DE VERGY.

12. *GVILLAVME DE VERGY I. DV NOM Seigneur de Mirebeau, de Fonuens, Autrey, Champlite, &c. Seneſchal de Bourgongne, fils de HVGVES Seigneur de VERGY.*

Voyez cy-deuant p. 145.

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de Ciſteaux.

EGO VVILLELMVS DE VERGEI. *Notum facio tam præſentibus quàm futuris me conceſsiſſe & laudaſſe elemoſynam quam fecit* GVIDO *auus meus dominus Vergeij, qui dedit in perpetuam elemoſynam Abbati & fratribus Ciſtercij, H. Buxerium de Longecort & heredes eius cum omnibus tenementis eorum, liberè & abſolutè. Et eandem elemoſynam me manutenere & garantire firmiſsimè promitto. Quod vt ratum permaneat, præſens ſcriptum ſigilli mei impreſsione feci corroborari. Actum anno ab incarnatione Domini* MCCII. 1202.

Charte dont l'original eſt en l'Abbaye de Cherlieu.

Ego HENRICVS *dominus Fontisvennæ remiſi in pace Domui Cariloci quicquid eidem calumniabar apud Pregney. Dedi etiam prædictæ Domui in elemoſynam pro anima mea, & pro damnis quæ Fratribus eiuſdem Domus intuleram, Guidonem cognomento Popez, & manſum quem idem Guido tenebat apud Pregney, cum omnibus pertinentiis eiuſdem manſi, & quicquid iuris habebam in Fontanis & in Romanis. Proceſſu verò temporis, cùm crucis ſignaculum Hieroſolymam profecturus ſuſcepiſſem, corde compunctus dedi in eleemoſynam ſæpè dictæ Domui, tam pro damnis quæ eidem Domui intuleram, quàm pro ſalute animæ meæ, duas partes vinagij Fontisvennæ, quæ ad me propriè pertinebant, & etiam ſedem molendini* 1207.

Digitized by Google

apud Vaſconcourt, ad faciendum molendinum ad comparandas videlicet candelas in Purificatione beatæ Mariæ, iure perpetuo poſsidenda. Dedi etiam apud Fonuenz Theodericum cognomento Chuche cum ſuis heredibus & vniuerſis qui poſt eos & de ipſis defuerint, & in eodem manſo mã-ſuri ſint, jam dictæ Domui liberos & abſolutos, & ab omni nunc & ſemper exactione grauaminum relaxaui. Laudaui etiam ſæpedictis Fratribus omnes eleemoſynas anteceſſorum meorum, & vniuerſa de quibus Domus Cariloci eadem die fuerat inueſtita, perenniter libere poſsidenda conceſsi, & ſigilli mei munimine roboraui. Hæc omnia laudauerunt vxor mea AGNES *nomine, & filia mea* CLEMENTIA, *& maritus eius* GVILLELMVS *dominus de Autré, qui rogatu meo preſentem paginam ſigilli ſui impreſsione firmauit. Abbas verò & Fratres eiuſdem Domus mihi nihilominus conceſſerunt, quòd ſingulis annis in Purificatione beatæ Mariæ mei memoria & anteceſſorum meorum iugiter haberetur, & facta abſolutione eorum, participationem bonorum Cariloci & totius Ordinis Ciſtercienſis concederent. Actum eſt hoc anno ab incarnatione Domini* MCCVII.

Chartes extraites du Chartulaire de Champagne.

1212. *Ego* GILLA *quondam domina* VERGIACI, *& ego* GVILLELMVS *filius eius, notum facimus vniuerſis preſentes litteras inſpecturis, quòd Abbas & Fratres Longivvadi commodauerunt nobis nonaginta libras Pruuin. ſuper feodum noſtrum quod de Comitiſſa Campaniæ apud Firmitatem tenemus, reddendas talibus terminis. videlicet in feſto S. Remigij decem libras, & in Paſchate decem libras ſingulis annis, donec dictum debitum ſit ſolutum, & in prædicto feodo capiendas. Dicta autem Comitiſſa ad preces noſtras prefatis Fratribus id conceſsit per ſuas patentes litteras, & laudauit. Nos verò eidem Comitiſſæ, quod ſi ipſa aliquod damnum incurreret in hoc, aut grauamen, nos ei damnum illud aut grauamen reſtituere tenebimur. Et concedimus quòd niſi reſtituerimus infra menſem poſtquàm ab ipſa fuerimus requiſiti, vel à Balliuis ſuis, ipſa ſine contradictione aliqua, & ſine meffacere manum mittat ad omnia quæ de ipſa tenemus. Conceſsimus etiam quòd* VGONEM *filium mei memoratæ Gillæ, fratrem mei memorati Guillelmi, faciemus iſtud laudare præfatæ Comitiſſæ infra inſtans Natale. Actum anno gratiæ* MCCXII. *menſe Iunio.*

1213. *Ego* ODO *Dux Burgundiæ. Notum fieri volumus præſentes literas inſpecturis, quòd cùm dilecta & fidelis noſtra Blancha Comitiſſa Trecenſis in noſtra preſentia ad preces & petitionem* VVILLELMI DE VERGIACO *inueſtiret Simonem de Caſtro-villain in augmentum feodi ſui de feodo illo ligio, quod* GILA *domina Vergiaci mater eiuſdem Vvillelmi, &* HVGO *filius eiuſdem Dominæ de præfata Comitiſſa tenebant, ego erga ipſam Comitiſſam me plegium conſtitui, quòd à prædicta domina Vergiaci & ab Hugone filio eius laudari faciam id quod per prædictum Vvillel-*

mum de Vergiaco factum eſt erga Simonem de Caſtro-villani de ſupradicto feodo. Actum anno gratiæ MCCXIII. *menſe Maio.*

Extrait du Chartulaire des fiefs de l'Eueſché de Langres.

Ego GVILLELMVS *dominus* VERGEII. *Vniuerſis præſentes literas inſpecturis notum facio, quòd ego ſum homo ligius Epiſcopi Lingonenſis poſt Ducem Burgundiæ, & teneo de ipſo fortem Domum domini Milonis de Elle, quæ eſt apud Reneuetes: & ita quòd dicta Domus præberet auxilium Epiſcopo Lingonenſi contra omnes homines. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras ſigilli mei munimine feci roborari. Actum anno Domini* MCCXIV. 1214.

Extrait de l'Inuentaire de la Chambre des Comptes de Dijon, fol. XVIII.

Lettres ſoubs les ſeels de feus Monſeigneur le Duc Eudes & de Meſſire HVE jadis Seigneur de VERGY, par leſquelles appert que ledit Meſſire HVE iure à mondit Seigneur le Chaſtel dudit Vergy eſtre à luy rendable, & que toutesfois que mondit Seigneur le luy requerra il ſera tenuz de le luy rendre, & mondit Seigneur le pourra tenir XIIII. iours ou plus s'il eſt expedient & neceſſaire, à l'aduis des Abbez de Ciſteaulx & de la Buiſſiere, & ne pourra prendre que foin & eſtrain. Et ſe mondit Seigneur y faiſoit aucun dommaige, il ſeroit tenuz de le reſtituer dans XL. iours apres la requeſte dudit Meſſire HVE à luy ſur ce faite. Et en recompenſation des choſes deſſuſdites mondit Seigneur donne audit Meſſire HVE & és ſiens MIREBEL & la garde de Flurey, & ce qu'il auoit à Barges, Sauouges, & Courcelles. Et apres eſt contenu eſdites lettres que apres ce que dit eſt, aduint que ledit Monſeigneur le Duc eſpoſa la fille dudit Meſſire HVE. Et lequel Meſſire HVE luy donna & à ſon heritier qu'il auroit de ladite fille ſa femme, le chaſtel dudit VERGY, enſemble tout ce qu'il auoit deça la Tile. Et auſſi mondit Seigneur luy donna ce qu'il auoit outre la Tile. Et a voulu que s'il auenoit qu'il euſt heritier d'icelle fille ſa femme qui ſuccedaſt audit Duchié, qu'il pourroit retenir à luy s'il luy plaiſoit l'Abbaye de S. Ligier, ou s'il vouloit il la pourroit laiſſier à Meſſire VVILLAVME DE VERGY & és ſiens. Et en outre y eſt contenu que ledit Duc donna audit Meſſire Vvillaume & és ſiens la Seneſchaucie du Duchié de Bourgongne, apres ce que elle ſeroit hors des mains du Comte de S. Pol qui la tenoit. Et vuet & conſent mondit Seigneur que ou cas que il yroit de vie à treſpas ſans heritiers de ſadite femme SVER DVDIT MESSIRE VVILLAVME, ou les heritiers de ſon corps ſans heritiers de leur corps, que ledit chaſtel de Vergy retourne audit Meſſire Vvillaume & à ſes heritiers, auec la part que Meſſire VVILLAVME DE MONTSAINCT IEAN a audit Ver- 1216. Ces Lettres ont eſté rapportées entieres au Liure precedent, p. 151.

Digitized by Google

gy ſe ledit Duc le peut acquerir. Et ainſi tout le chaſtel dudit Vergy ſeroit iurable & rendable ès heritiers de mondit Seigneur, & retourneroit à la Duchié de Bourgoigne franchement & abſolument ce que par ledit Duc auoit eſté donné audit Meſſire HVE. Donné l'an MCC & XVI. ou mois de Decembre. Sign. I.

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de S. Benigne de Dijon.

1218. *Ego* VILLELMVS DOMINVS DE MIREBEL. *Notum facio vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd non habeo nec reclamo, nec habere nec reclamare debeo gitum vel aliquod dominium in villa S. Benigni Diuion. videlicet in Remilleio, & in habergamento; ſed tantummodo cuſtodiam quam habeo de domino Odone Duce Burgundiæ. Pro qua cuſtodia percipio annuatim in Remilleio* XX. *ſolidos, & in habergamento* XL. *ſolidos Diuion. Vt autem hoc ab omnibus certum habeatur, præſentes litteras ſigilli mei munimine roboraui. Actum eſt hoc anno Verbi incarnati* MCC. XVIII. *menſe Aprili.*

Charte tirée du Chartulaire de Champagne.

Ego VVILLELMVS DE VERGEIO. *Notum facio tam preſentibus quàm futuris, quòd ego promiſi, & tactis ſacroſanctis Euangeliis propria manu firmaui, me eſſe in pace cum domina Blancha Comitiſſa Trecenſi Palatina, & cum Theobaldo filio eiuſdem Comite Campaniæ, & me eoſdem adjuturum bona fide & bono animo contra Erardum de Brena & vxorem ipſius, & heredes Comitis Henrici, & eorum coadjutores, ad laudem & conſilium venerabilis patris Roberti Epiſcopi Claremontenſis. In cuius rei teſtimonium præſentem Cartulam ſigillo meo præmuniui. Actum anno Domini* MCC. XVIII. *menſe Iulij.*

Extrait du Terrier de la Seigneurie de Mirebeau.

1223. Ces Lettres ont eſté traduites du Latin. IE GVILLAVME DE VERGY Seneſchal de Bourgongne. A tous ceux qui ces preſentes lettres verront. Sçauoir faits que i'ay perpetuellement donné & benignement conceddé à mes hommes demeurans à Mirebel telle liberté: ASSAVOIR que librement & abſolument ils pourront poſſeder demeurances & maiſons, & toutes acquiſitions faites, & celles qu'ils pourront faire; payans la cenſe accouſtumée, de laquelle vn chacun tenant famille me doibt ou à mon mandement quinze ſols par an, non à vne fois, mais à deulx termes. Et ne pourront faire vendition de leurs maiſons & demeurances aux ſoldas, genſd'armes & Seigneurs, ou ſemblable. Que ſi d'aduenture quelſques vns de mes hommes pour quelque cas fortuit s'en alloit de Mirebel, & qu'il voulluſt demeurer autre part, il pourroit librement, & ſans aucune cenſe poſſeder dés le lieu où il demeureroit tous les biens & acquiſitions qu'il auroit à

Digitized by Google

Mirebel, les pourroit vendre ou donner à qui il luy plairoit, pourueu que ce ſoit à mes hommes, & non à d'autres, comme dit eſt deuant. Que ſi meſdits hommes veullent faire aumoſne de leurs maiſons, demeurances & reuenus; il leur ſera bien permis, mais en ceſte ſorte: Sçauoir que ceulx, à qui on aura fait auſmonne des ſuſdites maiſons & demeurances, les pourront poſſeder l'eſpace d'vng an & iour, lequel temps expiré ils les vendront à meſdits hommes ſi aucuns les veuillent acheter. Que ſi quelques vns de mes hommes ſoit pour mon debt captif & detenu priſonnier, ie ſuis tenu de le racheter de mon propre bien; & payer ſa rançon ſemblable à celle que luy meſme payeroit s'il ſe deuoit racheter. Et ſemblablement ſuis tenu luy reſtituer ce que on luy aura oſté, luy rendant de ma cenſe. Et à ce ie ne contredis. Et ſeront rachetez par meſdits hómes & charrettes & chariots, aux perſonnes & biens deſquels ie ne feray ou permettray faire aucune violence, & ne les feray ſaiſir ſans iugement. Que ſi quelqu'vn a couppé, prins, & emporté bois de nos bois bannaulx; il ne pourra eſtre prins au champ ny au prey, ſi ce n'eſt au meſme lieu où ledit bois aura eſté couppé. La vendition des vins bannaux commencera le iour de feſte ſain&t Iean Baptiſte, & finira ſix ſepmaines apres. Que ſi d'aduenture (ce qui n'aduienne) moy, ou quelques vns de ma famille fait iniures à meſdits hommes, nous ſerons tenus dans le temps de quarante iours amander icelles iniures. Si moy ou mes heritiers ſe veullent (ce qui n'aduienne) retracter ou deſdire de ceſte paxion & liberté, HVGVES venerable Eueſque de Langres à mes prieres a octroyé à meſdits hómes ſes lettres patantes, contenans qu'iceulx me pourront ou mes heritiers contraindre par cenſures Eccleſiaſtiques à l'obſeruation de la preſente liberté. Laquelle, affin qu'elle ſoit fermement entretenuë, ie GVILLAVME & CLEMENCE ma femme, & HVGVES mon fils, & tous les habitans de Mirebel, auons iuré de l'entretenir perpetuellement. Et affin qu'il ſoit aſſuré & ſtable, i'ay appoſé au preſent eſcript mon ſeel. Fait l'an de grace mil deux cens vingt-trois.

IE ALIX DVCHESSE DE BOVRGONGNE, *Sçauoir faits à tous, Que Monſeigneur mon frere* GVILLAVME *a perpetuellement donné, & beninement concedé à ſes hommes demeurans à Mirebel telle liberté, Sçauoir que librement & abſolument ils pourront poſſeder demeurances & maiſons, &c.* comme en la precedente. *Laquelle, afin qu'elle ſoit fermement entretenuë, je* ALIX *Ducheſſe de Bourgongne ſuis tenuë à induire mondit frere à l'obſeruation de ceſte liberté, & l'y maintenir. Et afin qu'il ſoit ferme & aſſeuré, i'ay fait mettre mon ſeel au preſent eſcript. Fait l'an de grace mil deux cents vingt trois.*

Digitized by Google

Extrait d'vn abregé de Chroniques Mss. apartenans à feu Monſieur l'Abbé de Meſieres.

1225. En l'an MCCXVX. Madame Mahault Comteſſe de Neuers dõna à Meſſire GVILLAVME DE VERGY Seneſchal de Bourgongne LX. liures de terre à monnoye d'Auxerre. Pour leſquelles ledit Meſſire Guillaume luy feit hommage lige, & auſſi voulut que ſes hoirs, & ceulx qui ſeroient Seneſchaulx, en fuſſent & demeuraſſent ſes hommes. Et auec ce quitta ledit Meſſire Guillaume à ladite Dame le droit qu'il demandoit au chaſtel de Cenſoir.

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de Ciſteaux.

1226. *Nos H. permiſsione diuina Lingonenſis Epiſcopus, A. Duciſſa Burgundiæ, & Vv. DE VERGEI dominus Mirebelli. Notum facimus vniuerſis preſentibus & futuris, quòd cùm controuerſia verteretur inter me Vv. præfatum ex vna parte, & Ciſtercienſes ex altera, ſuper eo quòd ego dicebam villam de Ouges cum pertinentiis ſuis, quam emerant ab O. de Marchia filio quondam Vvillelmi de Chanlite dilecto conſanguineo meo, jure conſanguinitatis mihi competere & ad me pertinere; & cùm feciſſem eis offerri quandam quantitatem pecuniæ pro reſtituendo eiſdem precio quod in ipſa villa dederant, volebam villam eandem ab ipſis habere. Ipſi autem Abbas & Fratres econtra allegarent rationes, aſſerentes quòd jam tranſacti erant à die emptionis annus & plures dies quando oblata fuit dicta pecunia, ideò pecuniam non receperant &c. Demum totam querelam Abbati & Fratribus omnino guerpiui in omni pace, & querelam & villam cum omnibus pertinentiis, & ſi quid juris in ea modo aliquo habebam vel habere poteram, penitus quittaui eiſdem, & venditionem & elemoſynam quam exinde eis fecerat dictus O. laudaui & confirmaui, &c. Et ego ſupradicta Duciſſa hæc omnia, necnon & venditionem dictam prædicti O. laudaui & confirmaui, & prædictam villam cum pertinentiis ſuis & hominibus & rebus Ciſtercienſibus bona fide cuſtodire, ſaluare, defendere, & manu tenere pro poſſe meo promiſi. Et ſi quid juris modo aliquo ibi habebam vel habere poteram eis omninò quittaui, &c. Nos quoque H. antedictus Epiſcopus, qui prædictis interfuimus, in confirmationem & teſtimonium omnium, ad preces dictorum* DVCISSÆ & Vv. FRATRIS *eius domini Mirebelli, Abbatis & Fratrum Ciſterc. præſentem paginam fecimus ſigilli noſtri impreſsione muniri. Actum anno Domini* MCC. XXVI. *in Epiphania Domini.*

Extrait de la Chambre des Comptes de Dijon.

1228. Lettres de l'an 1228. par leſquelles *Guillaume de Vergy* frere *d'Alix de Vergy* Ducheſſe de Bourgongne acquiſt la ville de Champlite de Hugues Chaſtellain de Gand, & de Oede ſa femme, pour le prix de ſept mille deux cents liures pariſis.

Digitized by Google

Extrait du Chartulaire de Champagne gardé en la Chambre des Comptes de Paris.

Litteræ quibus GVILLELMVS *dominus de Vergeio recipit à Comite Campaniæ pro Duce Meraniæ* VII. *libras Stephan. de quibus debuit portare garantiam Comiti erga Ducem Meraniæ, anno* MCC. XXVIII.

Extrait du Chartulaire des fiefs de l'Eueſché de Langres.

Ego GVILLELMVS DE VERGEIO *dominus Fontiſuennæ. Notum facio omnibus præſentes literas inſpecturis, quòd anno Domini* MCC XXVIII. *in craſtino beati Dionyſij recepi à domino meo Hugone Epiſcopo Lingonenſi apud Montembarri feodum de Fontiſuenne, ſaluo in omnibus iure ſuo, quia illud videlicet in domo & terra ſua recipere debuiſſem. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigilli mei munimine roborani. Datum apud Montembarri prædictis die & anno.*

Lettres dont l'original eſt au Threſor des Chartes du Roy.

LVDOVICVS *Dei gratiâ Francorum Rex. Nouerint vniuerſi quòd* 1230.
nos pro ſalute animæ noſtræ, & inclytæ recordationis Regis LVDOVICI *genitoris noſtri, & anteceſſorum noſtrorum, penſata ſumma ad hoc vtilitate totius regni noſtri, de ſincera voluntate noſtra, & de omni conſilio Baronum noſtrorum ſtatuimus, quòd nos & Barones noſtri Iudæis nulla debita decetero contrahenda faciamus habere. Nec aliquis in toto regno noſtro poterit retinere Iudæum alterius dominij. Et vbicumque aliquis inuenerit Iudæum ſuum, ipſum licitè poterit capere tanquam proprium ſeruum, quantamcumque fecerit moram Iudæus ſub alterius dominio, vel in alio regno. Debita verò quæ vſque nunc Iudæis debentur ſoluentur tribus terminis, quod jam factum eſt. De Chriſtianis vſurariis eodem modo ſtatuimus, quòd nullas vſuras de debitis contrahendis eos faciemus habere, nos, ſeu Barones noſtri. Vſuras autem intelligimus quidquid eſt vltra ſortem. Hæc verò ſtatuta ſeruabimus, & faciemus ſeruari in terra noſtra, & Barones noſtri in terris ſuis. Et ſi aliqui Barones noluerint hoc ſeruare, ipſos ad hoc compellemus, ad quod alij Barones nos juuare bona fide pro poſſe ſuo tenebuntur. Et ſi alij in terris Baronum inuenirentur rebelles, nos & alij Barones noſtri juuabimus ad compellendum rebelles prædicta ſtatuta ſeruare. Hæc autem in perpetuum volumus illibata ſeruari & nobis, & heredibus noſtris. Et Barones noſtri ſimiliter conceſſerunt & ſe & heredes ſuos hoc perpetuò ſeruaturos. Ego Philippus Comes Boloniæ ea quæ præmiſſa ſunt volui, conſului, & iuraui. Ego Theobaldus Comes Campaniæ. Ego Almaricus Comes Montisfortis Francorum Conſtabularius. Ego Robertus de Cortenay Buticularius. Ego Henricus Comes Barri. Ego Hugo Comes S. Pauli. Ego Radulfus Comes de Augo. Ego*

Digitized by Google

Ioannes Comes Cabilonenſis. Ego Guido Vicecomes Lemouicenſis. Ego Ingelrannus de Coci. Ego Archembaldus Borbona, & fratres mei Guillelmus de Dampetra & Guido. Ego Ioannes de Nigella. Ego VVILLELMVS DE VERGY. *Hæc omnia voluimus, conſuluimus & iurauimus pro ſalute animarum noſtrarum, & anteceſſorum noſtrorum. Et Iudæi literas ſuas oſtendant Dominis ſuis. In cuius rei teſtimonium, &c. Actum Meleduni anno ab incarn. Domini* MCCXXX. *menſe Decembri.*

Charte extraite du Chartulaire de la Commune de Dijon.

1231. *Ego* VVILLERMVS DE VIRGEYO *Seneſcallus Burgundiæ. Notum facio vniuerſis preſentes litteras inſpecturis, quòd quando* HVGO *Dux Burgundiæ contulit libertatem mercharum ſuis hominibus villæ Diuionenſis, quantum per ſacramentum ſuum in perpetuum tenere promiſit, ego ſimiliter iurauí dictam libertatem ſicut in litteris Ducis eſt expreſſum firmiter obſeruare. Si verò Dux de hiis in aliquo dictis hominibus per ſe vel per mandatum ſuum vellet moleſtiam inferre, vel de hiis in aliquo reſilire, ego per ſacramentum meum pro poſſe meo fideliter laborarem, vt Dux dictam libertatem & pactiones teneret. Et ego dictos homines Diuionenſes vbique conſeruarem ſecundum poſſe meum. In huius rei teſtimonium dictis hominibus præſentes litteras tradidi ſigilli mei munimine roboratas. Actum Diuioni anno Domini* MCCXXXI. *menſe Nouembri.*

Extrait du Chartulaire des fiefs de l'Eueſché de Langres.

1233. *Ego* GVILLELMVS DE VERGEIO *Seneſcallus Burgundiæ. Notum facio vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd ego venerabili Patri ac domino meo Roberto Dei gratiâ Lingonenſi Epiſcopo promiſi firmiter, quòd quandiu eundem R. Epiſcopatum Lingonenſem tenere contigerit, ego vel heredes mei montem de Montcierge firmare non poſſumus. Saluo tamen iure meo & Epiſcopatus Lingonenſis, eo tempore quo idem R. Epiſcopatum Lingon. non tenebit. In cuius rei teſtimonium, &c. Actum apud Leugler anno Domini* MCCXXXIII. *menſe Iulio, feria* VI. *poſt octabas Natiuitatis beati Iohannis Baptiſtæ.*

Charte dont l'original eſt aux Archiues de l'Abbaye de Theulley.

1234. *Ego* GVILLELMVS DE VERGEYO *dominus Miribelli, & Seneſcallus Burgundiæ. Notum facio vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, quòd ego conceſſi Eccleſiæ Theoloci medietatem feodi quod domina Aalis relicta domini Odonis Alemani, & Girardus dominus filius eius tenent à me ex parte dominij de Chaulnito apud Perceyum magnum, in ciſamentum, &c. Actum anno Domini* MCCXXXIV.

Chartes tirées du Liure des fiefs de l'Eueſché de Langres.

1236. HVGO *Dux Burgundiæ, vniuerſis preſentes literas inſpecturis ſalutem.*

Digitized by Google

tem. Noueritis, quòd nos litteras cariſsimi domini LVDOVICI *Dei gratiâ illuſtris Regis Francorum recepimus ſub hac forma.* LVDOVICVS *Dei gratiâ Francorum Rex dilecto & fideli ſuo Duci Burgundiæ ſalutem & dilectionem. Mandamus vobis, quatinus dilecto noſtro* GVILLERMO DE VERGIACO, *& hominibus veſtris præcipiatis & inhibeatis diſtrictè, ne Abbatem & Conuentum, & homines villæ Beſuenſis manu teneant, vel defendant contra dilectum & fidelem noſtrum R. Epiſcopum Lingon. de juſtitia ſiue juriſdictione temporali quam idem Epiſcopus habet in prædictos Abbatem & Conuentum, & homines, prout in litteris inclytæ recordationis Regis Philippi aui noſtri continetur, & ſicut de nouo judicatum eſt in Curia noſtra pro dicto Epiſcopo contra eos. Nos etiam prædictas litteras inclytæ recordationis Philippi quondam Regis Francorum vidimus, in quibus continebatur expreſsè, quod ad Epiſcopum Lingon. prædictorum Abbatis & Conuentus, & hominum villæ Beſuenſis ſpectabat juriſdictio temporalis. Ex præmiſsis igitur plenius attendentes, quòd memoratus* AVVNCVLVS NOSTER DOMINVS GVILLERMVS DE VERGIACO, *aut aliquis alius nullam habeat gardiam aut commendiſiam in Abbatem & Conuentum, aut homines villæ Beſuen. niſi de voluntate Epiſcopi Lingonenſis, ſupradictum aunculum noſtrum dominum Guillermum de Vergiaco, & prudentum virorum conſilio, ab omni gardia & commendiſia ſæpedictorum Abbatis & Conuentus, & hominum villæ Beſuenſis per jus duximus amouendum. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigilli noſtri fecimus appenſione muniri. Actum anno Domini* MCC. XXXVI. *menſe Februarij.*

Ego GVILLERMVS DE VERGEIO *Seneſcallus Burgundiæ & dominus Fontiſuennæ. Notum facio vniuerſis preſentibus & futuris, quòd cùm mihi iudicium domini Regis conſtaret, quòd nec ego nec aliquis alius gardiam vel commendiſiam aliquam in villa vel hominibus Beſuæ habere poteramus ſine voluntate Epiſcopi Lingon. Ego plenè confiteor & recognoſco, quod ego gardiam vel commendiſiam aliquam in villa vel hominibus prædictis habere nec poſſum nec debeo, nec aliquis de meis ſucceſſoribus, abſque ipſius Epiſcopi voluntate. In cuius rei teſtimonium preſentes literas ſigilli mei munimine roborani. Actum anno Domini* MCCXXXVI. *menſe Ianuario, Sabbato poſt Circumciſionem Domini.*

Ego VVILLERMVS DE VERGEIO *Seneſcallus Burgundiæ & dominus Fõtiſuennæ. Notum facio preſentibus & futuris preſentes literas inſpecturis, me de voluntate & conſenſu cariſsimæ vxoris meæ* CLEMENCIÆ *dominæ Fontiſuennæ recepiſſe in feodum à venerabili Patre & domino meo* ROBERTO *Dei gratiâ Lingonenſi Epiſcopo, & eius ſucceſſoribus Epiſcopis Lingon. domum meam de Fontanis jurabilem & reddibilem ad magnam forciam & ad paruam, cum villa de Fontanis & omnibus pertinentiis & appendiciis dictæ villæ. In cuius rei teſtimonium ego & jamdicta* CLEMENCIA *vxor mea ſigillorum noſtrorum munimen præſentibus*

Digitized by Google

litteris duximus apponendum. Actum annogratiæ MCC. XXXVI. *menſe Martio, die Lunæ poſt Dominicam qua cantatur Inuocauit me.*

Ego GVILLERMVS DE VERGEIO *Seneſcaulus Burgundiæ & dominus Fontiſuennæ. Notum facio vniuerſis præſentibus & futuris, quòd ego teneor & promiſi me juuare venerabilem Patrem & dominum meum R. Dei gratiâ Lingonenſem Epiſcopum de villa Beſuenſi per me & per meos modis omnibus ad voluntatem ſuam, & mandatum eius ſimiliter. In cuius rei teſtimonium &c. Actum anno Domini* MCC. XXXVI. *menſe Martio.*

1237. *Ego* GVILLERMVS *Seneſcallus Burgundiæ & dominus Fontiſuennæ. Notum facio vniuerſis preſentibus & futuris, quòd cùm ego hominem quendam ſuſpendi feciſſem, qui captus fuerat in Faia grangia Monachorum de Tulleio, ego iſtud venerabili Patri & domino meo Rob. Dei gratiâ Lingon. Epiſcopo emendaui. Recognoſcens quòd illud de iure facere non potui, eo quod dicta grangia erat de cuſtodia Epiſcopi memorati. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras ſigilli mei munimine roboraui. Actum anno Domini* MCCXXXVI.. *die Iouis poſt Reminiſcere.*

Ego GVILLERMVS DE VERGEIO *Seneſcallus Burgundiæ & dominus Fontiſuennæ. Notum facio vniuerſis preſentibus & futuris, quod ego compoſitionem factam inter me & Gerardum militem de Montigneio fidelem meum ex vna parte, & venerabilem Patrem ac dominum meum* ROBERTVM *Dei gratiâ Lingon. Epiſcopum ex altera, ſuper affariis de Montign. & appendiciis eius. quæ compoſitio facta fuit per Lambertum de Caſtellione, Guillermum de Cruyſeio milites, & Pontium de ſancto Sequano Clericum, ſecundum quod continetur in literis ſigillatis ſigillo Prioris ſanctorum Geminorum, & domini ſancti Anthonij Viennenſis, teneor facere ſigillari ſigillo meo, & cariſimæ vxoris meæ* DOMINÆ FONTISVENNÆ *infra inſtans feſtum Natiuitatis beati Iohannis Baptiſtæ. Excepto articulo de forteriſcia, quem etiam prædictis duobus ſigillis teneor facere ſigillari cum aliis articulis compoſitionis, ſi interim inter nos fuerit concordatum. Actum anno Domini* MCCXXXVII. *menſe Iulio, Dominica poſt Magdalenam.*

1238. *Ego* VVILLERMVS DE VERGEIO *Seneſcallus Burgundiæ. Notum facio vniuerſis præſentes literas inſpecturis, quòd Guillermus Sanz-manches domicellus de Chanlito vendidit & quittauit in preſentia noſtra venerabili Patri & domino meo R. Dei gratiâ Lingon. Epiſcopo quicquid habebat in finagio S. Michaelis, videlicet pratis, terris, vineis, & rebus aliis, pro* XL. *libris Stephanenſibus, quas dictus Guillermus à domino Epiſcopo recepit, & de quibus coram me ſe tenuit pro pagato. Hanc autem venditionem laudauit Amelina vxor dicti Guillermi, & Simoneta filia eius. In cuius rei teſtimonium ad preces dicti Guillermi & vxoris ſuæ, preſentes literas ſigilli mei munimine roboraui. Actum anno Domini* MCC. XXXVIII. *menſe Februarij.*

Digitized by Google

Lettres dont l'original eſt au Threſor des Chartes du Roy.

Ego dominus VVILLELMVS DE VERGEIO *Seneſcallus Bur-* 1239.
gundiæ, notum facio omnibus preſentes litteras inſpecturis, quòd cùm dominus meus HVGO *Dux Burgundiæ per excambium, quod fecit cum viro nobili* IOHANNE *Comite Cabilonenſi, domino Regi Franciæ fecerit hommagium ligium contra omnes homines & feminas, qui poſſunt viuere & mori, de Charrolis & de Monte S. Vincentij, & Caſtellaniis & pertinentiis eorumdem, per conuentiones quas habet cum ipſo, ſicut in litteris eiuſdem Ducis continetur, Ego ad petitionem & voluntatem dicti Ducis erga dominum Regem conſtitui me plegium ſub hac forma. quòd ſi idem dominus meus* HVGO *Dux Burgundiæ, vel heres vel ſucceſſor ipſius, à conuentionibus illis obſeruandis defecerint, Ego cum omnibus feodis quæ de dicto Duce teneo ad dominum Regem vel eius heredem venirem, & me cum ipſis tenerem, donec ad voluntatem domini Regis vel eius heredis fuiſſet emendatum. Has autem conuentiones prædictas iuraui me firmiter ſeruaturum. Actum anno Domini* M. CC. XXXIX. *menſe Maio.*

Scellé d'vn ſeau de cire jaune, où eſt repreſenté vn Arbriſſeau auec des oiſeaux ſur les branches, en cette ſorte.

Lettres tirées du Chartulaire des fiefs de l'Eueſché de Langres.

Ego HVGO *Dux Burgundiæ. Notum facio vniuerſis præſentibus & futuris, quòd in mea preſentia conſtitutus carißimus* AVVNCVLVS *& fidelis meus* GVILLERMVS DE VERGEIO *Seneſcallus Burgundiæ, & dominus Fontiſuennæ recognouit, quòd ipſe domum ſuam & villam de Fontanis cum omnibus appendiciis ſuis à venerabili patre ac domino meo Roberto Dei gratiâ Lingonenſi Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus Epiſcopis Lingonenſibus in feudum & homagium receperat, jurabilem ac reddibilem ad magnam vim & ad paruam. Aſſerens ſe domum & villam*

prædictas cum appendiciis nunc vsque fuisse allodium. Promittens etiam se eidem Episcopo & successoribus suis Episcopis Lingon. super hoc tanquam de allodio suo proprio contra omnes portaturum garantiam. In cuius rei testimonium præsentes litteras ad petitionem dicti Guillermi auunculi mei feci sigilli mei munimine roborari. Actum anno Domini MCC XXXVIII. *mense Nouembri.*

GVILLELMVS DE VERGEIO *Senescallus Burgundiæ. Vniuersis presentes litetras inspecturis salutem & dilectionem. Noueritis quod de septingentis libris, quas venerabilis pater noster* ROBERTVS *Dei gratia Lingonum Episcopus nobis debebat pro domo nostra de Fontanis, quam ab ipso accepimus in feodum & homagium, nos gratum nostrũ habuimus in pecunia numerata &c. In cuius rei testimonium præsentes litteras sigilli nostri munimine tradidimus roboratas. Datum apud Burgum Dominica qua cantatur Reminiscere, anno Domini* MCCXXXVIII.

Extrait des Tiltres de l'Abbaye de Collonges.

1241. Lettres de l'an 1241. par lesquelles GVILLAVME DE VERGY donne à l'Abbaye de Collonges pour faire son anniuersaire dix emines de bled, moitié froment moitié auoine, à prendre sur sa terre de Fontaines.

Extrait de la France Chrestienne de Cl. Robert, au Traité des Eueſques d'Autun.

GVILLELMVS DE VERGEIO *dominus Mirebelli obiit* XIV. *Cal. Februar. in Necrologio S. Stephani Diuionensis. Cui Ecclesiæ dedit in perpetuam elemosynam tertias eiusdem Mirebelli. Quæ concessio facta fuit mense Februario* MCCXXXIX. *in Cartulario eiusdem Ecclesiæ, vbi dicitur conditor Domus Dei ipsius Mirebelli oppidi Marchionatus titulo nunc insignis. Vbi etiam memoratur anno* MCC. VII. *Idus Decembris.*

Extrait du Martyrologe de l'Abbaye de Ciſteaux.

XV. *Kal. Februar. obiit dominus* GVILLELMVS DE VERGIACO.

Extrait du Martyrologe de l'Abbaye de S. Eſtienne de Dijon.

XIIII. *Kal. Februar. obiit dominus* VVILLELMVS DE VERGEIO *Senescallus Burgundiæ, & dominus Mirebelli, qui dedit nobis in perpetuam elemosynam Tercias Mirebelli.*

Lettres dont l'original eſt aux Archiues de l'Abbaye de Beaulieu, au dioceſe de Langres.

1252. Ie CLEMENCE Dame de Fonuens fais à ſçauoir à tos ces qui verront ces preſentes lettres, que ie ai doné en permanauble aumorne à l'Abbé & au Couent de Belliu & à Freres qui en cellui ſerui-

Digitized by Google

ront noſtre Segnor, por mon anniuerſaire faire chacun an à toiormais le lendemain de noſtre Dame en Septembre, ma maiſon que ie auoie à Chanlite en la ruë deſor les murs de Chanlite, & totes les appartenances de celledite maiſon, i'ay donné as freres deſordis franche entrée & franche eſue dauant & darrier, & que ladite maiſon ſoit franche de totes coſtumes & de tos droicts que ele deuoit o pooit deuoir à moy o à la vile de Chanlite. Liquels maiſons eſt aſſiſe entre la maiſon Eſteuenot dit Bruant de Moſtellet & lo cortil Odot Rouge-maante. Et ſi ai doné ancor à ces freres dauantdits, que il peuſent acquerir ce que Eſteuenos Bruant auoit deſor ladite maiſon ſelonc celle maiſon dauant dite, & lo cortil que Odoz Rouge-maante auoit deſſor ladite maiſon, ſi il le puent acquerir par achat o par aumorne, o an autre meniere que il l'acqueraſint par raiſon que ie, ne mu oir n'an poons ne deuons aller ancontre. Et ce ai doné à ces Freres de Belliu deſſordiz por raiſon de mon anniuerſaire, pooir de achepter o de acquerir à Chanlite o au finage de celledite ville vignes à xx. muis de vin portant par raiſon de droite potaure: & ai doné as Freres de Belliu deſſordiz que les vignes deuant dites ſoient franches & quictes de demes & de queques droitures que oles me douſint. Et porce que ceſte choſe ſoit forme & eſtauble à torior, ie Clemence Dame de Fonuens deſordite ai mis mon ſeel an ces preſentes lettres, leſquels furent faites l'an de l'Incarnation de noſtre Seignor mil & dus cens & cinquante & dus, o mois de Feurier.

Lettres dont l'original eſt au Threſor de l'Abbaye de Theulley.

Ego CLEMENCIA *domina Fontiſuennæ. Notum facio omnibus preſentes litteras inſpecturis, quòd ego laude & aſſenſu filij mei* HENRICI DE VERGEYO *domini Mirebelli, & Seneſcalli Burgundiæ, dedi & conceſſi in puram & perpetuam & liberam elemoſynam pro remedio animæ meæ & omnium anteceſſorum meorum Abbati & Conuentui Theoloci decimas omnium vinearum ſuarum, quas ipſi apud Chamnitum & in finagio ipſius villæ die confectionis preſentium habebant. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſigillo meo ſigillari feci, & dictis Abbati & Conuentui tradidi ſigillatas. Actum in vigilia omnium Sanctorum, anno Domini* MCCLIII. 1253.

Extraits du Liure des fiefs de l'Eueſché de Langres.

IEHANS ſires de Valery à CLEMANCE ſa famme Dame de Fouanz ſalut & amor. Ie vos fais ſauoir que ie ai oi dire mon Seignor lou Duc de Bourgoigne, qu'il oi recognoiſtre SON ONCLE LOV SEIGNOR DE VERGÉ, que li chaſtiaus de Fouuanz eſt dou fié lige l'Aueſque de Laingres, & eſt à lui juraubles & randau-

Digitized by Google

bles. Et d'autre part i'ay oi dire mon Seignor Horride Marec, qu'il i fu enuoiez de por l'Aueſque HVON, qui adonc eſtoit Aueſques de Lengres, & qu'il li fu renduz por l'Aueſque, & que mes ſires Hues de ſaint Andoche, & aucun des ſerianz & des prodomes de la vile li firent feauté & ſeremant. Por quoi ge vos mant & pri, que vos vos gardez en tel meniere vers l'Aueſque, que vos ne meſprenez enuers luy. & que vos en façois ce que vos en deurez feire. quar ſaichiez, que androit moi je li ai recogneu & recognoiſtrai ce que ie cuiderai que ſoit ſes droiz.

1255. Lettres de CLIMENCE Dame de Fonuenz, par leſquelles elle appaiſe comme arbitre & maintereſſe le deſcord qui eſtoit entre l'Abbé & Conuent de Beaulieu d'vne part, & les hommes d'Ortes & de la Chapelle qui appartenoient à l'Eueſque de Lengres d'autre part. Fait l'an MCC. & LV. au mois de Nouembre.

Extraits de deux Lettres de l'Abbaye de Theulley.

proponebat, quòd dudum Comes de BARRO nuncupatus THEOBALDVS cum IOANNA domina terrarum de Toucy & de Puſoya matrimonium contraxerat. Ex quorum matrimonio quatuor liberi, videlicet HENRICVS, IOANNES, ERARDVS, & PETRVS, procreati fuerant. Qui milites effecti poſt deceſſum patris & matris eorumdem de bonis paternis & maternis inter ſe diuiſionem fecerant. Et dictus Henricus ſenior pro ſuo partagio Comes Barrenſis effectus fuerat. Dictus verò Ioannes pro ſua portione terram prædictam de Puſoya, & dicti Erardus & Petrus quaſdam alias terras, de quibus in præſenti proceſſu quæſtio non erat, pro ſuis portionibus habuerant & poſſederant. Quodque dictus Ioannes, qui pro ſua portione terram prædictam de Puſoya habuerat, abſque liberis de ſuo corpore procreatis deceſſerat, & poſt ipſius deceſſum dicta ſua terra ad prædictos Henricum Comitem, Erardum, & Petrum, eius fratres per ſucceßionem hereditariam deuenerat: prædictique fratres de bonis ad eoſdem ex ſucceßione dicti Ioannis prouenientibus partagium fecerant, & in quinque portionibus eadem diuiſerant. Taliter quòd dictus Henricus Comes tres partes bonorum dictæ ſucceßionis, Erardus vnam quintam, & Petrus aliam quintam partes habuerant. Dictuſque Petrus ad cauſam ſuæ dictæ quintæ portionis terras, caſtra, & fortalitia de Laual, de Fauerolis, de Septem-fontibus, & de ſancto Priuato in patria Puſoyæ ſituatas cum nemoribus & pertinentiis dictarum terrarum & caſtrorum habuerat. Quodque dictus Petrus de ſuo legitimo matrimonio quendam filium nuncupatum HENRICVM, & vnam filiam habuerat. Qui Henricus poſtmodum cum YSABELLI DE VERGEYO matrimonium contraxerat. Ex quo matrimonio PETRVS DE BARRO Domicellus progenitus extiterat. Filia verò dicti Petri, quæ ſoror erat dicti Henrici, cum defuncto Comite Duorum-Pontium matrimonialiter copulata fuerat. Ex quo matrimonio EVRARDVM Comitem Duorum-Pontium procreauerat. Sicque dicti Petrus de Barro, & Comes Duorum-Pontium ad inuicem conſanguinei germani extiterant. Præterea dicebat actor prædictus, quòd ipſe Henricus poſt deceſſum dicti ſui patris tanquam eius heres ad cauſam ſuæ ſucceſſionis, & hereditario nomine dictas terras & maneria de Laual, de Fauerolis, de Septem-fontibus, & de ſancto Priuato, cum earum pertinentijs vniuerſis apprehenderat, tenuerat, & poſſederat, & in fide & homagio dominorum, à quibus dictæ terræ tenebantur, & mouebant, fuerat. De ipſis etiã terris, durante matrimonio inter ipſum, & prædictam Ysabellim de Vergeyo, & ipſa etiam mortua, tempore quo idem Henricus in viduitate extiterat, pacificè vſus & gauiſus fuerat, & emolumenta dictarum terrarum perceperat. Quodque dictus Henricus poſt deceſſum dictæ Ysabellis vxoris ſuæ, & in viduitate exiſtens, in terra de Fauerolis quandam plateam nuncupatam de Codra cum pertinentiis, in qua dudum certum fortalitium conſtructum fuerat, de ſuis pecuniis emerat, & in eadem platea ſuis

ſumptibus vnum fortalitium conſtrui & ædificari fecerat. Illudque fortalitium cum pertinentiis vitâ ſua durante ad cauſam tituli prædicti tamquam rem ſuam propriam tenuerat & pacificè poſſederat. Dicebat inſuper quòd dictus Henricus circa feſtum Paſchæ anno Domini MCCC. LXXX. *prædicto* PETRO *eius filio ſuo herede ſolo & in ſolidum relicto deceſſerat, & pro eius herede dictus Petrus ſe geſſerat & tenuerat. Et ad cauſâ dictæ ſuæ paternæ ſucceſsionis omnium terrarum prædictarum de Laual, de Fauerolis, de Septemfontibus, de ſancto Priuato & de Codra, tam per generalem regni noſtri conſuetudinem, qua mortuus ſaiſit viuum heredem ſuum, quàm al. debitè per apprehenſionem de facto poſſeſsionem habuerat, & ipſarum dominus effectus fuerat, & de terris prædictis nomine quo ſupra vſque ad tempus ſuæ mortis, vt verus dominus vſus & gauiſus fuerat. Dictuſque Petrus anno* LXXX. *prædicto circa feſtum ſancti Remigij deceſſerat, & eidem Petro dictus Comes Duorum-Pontium ipſius conſanguineus germanus tamquam proximior in genere ex linea paterna dicti Petri ſolus & in ſolidum heres extiterat, & pro ipſius herede in terris prædictis, & ceteris bonis à latere patris dicti Petri prouenientibus, virtute cuiuſdam conſuetudinis in regno noſtro notoriè obſeruatæ, per quam hereditagia alicuius perſonæ defunctæ poſt ſuum deceſſum reuerti debebant ad proximiorem in genere de latere, a quo dicta hereditagia prouenerant, ſe geſſerat & tenuerat. Quodque præfatus Comes Duorum-Pontium, qui pro certis ſuis peragendis negociis pecuniarum indigentiam habuerat, ſua ſpontanea voluntate, non vi, nec dolo inductus, prædicto actori omne ius, quod ex ſucceſsione dicti Petri in terris prædictis de Puſoya & alibi ſibi competebat, & competere potuerat, pro certo precio per eum recepto, & per dictum actorem tradito ceſſerat & vendiderat, & de terris prædictis ipſe Comes ad vtilitatem dicti actoris ſe deueſtierat & deſaiſierat, & eundem actorem verum dominum dictarum terrarum cum pertinentiis ad cauſam prædictæ venditionis fecerat & conſtituerat. Dicebat inſuper, quòd dicti defenſores terras ſupradictas poſt mortem dicti Petri occupauerant, & adhuc de facto occupabant, fructus & emolumenta terrarum ipſarum in valore octo mille librarum & ampliùs leuauerant & perceperant, & leuare non ceſſabant. Foreſtas etiam ſcindi, ſtagna piſcari, & ad ſuam vtilitatem nemora, ligna, & piſces vendi fecerant & faciebant, & pro defectu reparationum & refectionum, caſtra, loca prædicta, & fortalicia per ipſorum culpam ruinoſa facta fuerant. Quodque præmiſſa ad dicti actoris notitiam deuenerant, propter quæ dicti defenſores pro parte dicti actoris ſummati & requiſiti fuerant, quatinus dictas terras & fortalicia cum fructibus prædictis per eos perceptis reſtituerent & dimitterent, & eaſdem terras & fortalitia repararent, & in bono & competenti ſtatu reponerent. Quæ præmiſſa facere debitè ſùmati recuſauerant. Et ob hoc ad prædicti actoris requeſtam in dicta noſtra Parlamenti Curia adjornati fuerant. Quodque ſi dictus Petrus de Barro ante deceſſum dicti Henrici ſui patris prædictas terras & fortalitia poſſe-*

Digitized by Google

derat, hoc iniuſtè, contra rationem, & dicti ſui patris voluntatem fecerat. Quaſdam etiam alias terras in Lotharingia & alibi ſituatas, & ad dictum ſuum patrem dum viuebat ſpectantes contra ipſius voluntatem occupauerat: & plures exceſſus & grauamina dictus Petrus tempore vitæ ſuæ, tam cõtra dictum actorem, quàm etiam plures alios dominos temporales ſine cauſa fecerat & intulerat. Quare petebat dictos defenſores, in quantum quemlibet eorum tangere poterat, ad dimittendum, reddendum, & reſtituendum eidem actori terras & fortalitia prædictas, cum eorum pertinentiis, ac etiam fructus, redditus, & emolumenta ex dictis terris per ipſos defenſores, aut nominibus eorumdem perceptos & leuatos, & quos dicti actor & Comes Duorum-Pontium à quo dictus actor cauſam habere ſe dicebat, à tempore mortis dicti Petri leuaſſe & percepiſſe potuiſſent, ſi non fuiſſet impedimentum per dictos defenſores appoſitum, ſub æſtimatione quantiplurimi dicti fructus valuerant & valerent, proſecutione cauſæ præſentis durante; necnon eoſdem defenſores ad reparandum & in bono ſtatu reponendum caſtra, fortalitia, maneria, ſtangna, & nemora prædicta, aut ad ſoluendum prædictis in competenti ſtatu reponendis precium & extimationem ad faciendum præmiſſa neceſſarium & requiſitum, ac in damnis, intereſſe, & expenſis dicti actoris condemnari & compelli, & ſi opus ſit, dictas terras & fortalitia cum earum pertinentiis ad dictum actorem ſpectare debere dici & declarari.

DICTIS defenſoribus ex aduerſo proponentibus, quòd defunctus GVILLELMVS DE VERGEYO dominus de Mirabel miles, ſucceſſiuè duas vxores habuerat, & ex primo ſuo matrimonio inter ceteros ſuos liberos tres filias, videlicet YSABELLIM, IOANNAM, & MARGARETAM habuerat, & de ſecundo ſuo matrimonio HENRIETA vxor dicti Ioannis de Vienna Domini de Paigny procreata fuerat, dictaque YSABELLIS ſenior cum dicto defuncto HENRICO DE BARRO domino Petræ-fortis, IOANNA verò cum defuncto GAVFRIDO DE CHARNY domino d'Authon, & MARGARETA cum defuncto IACOBO DE GRANÇON domino de Peſmes militibus, coniunctæ matrimonialiter extiterant. Quodque in tractatu matrimonij prædictorum Henrici de Barro & Yſabellis, dictus Guillelmus pater dictæ Yſabellis eidem ſuæ filiæ octingentas libratas terræ in patria Campaniæ & alibi ſituatas donauerat, ac etiam idem Guillelmus præfato Henrico ſummam quinque mille florenorum de Florentia ponendam & conuertendam in terris & hereditagiis pro dicta Yſabelli & ſuis liberis de ſuo corpore procreandis, aut aliis ſuis heredibus promiſerat. Et demum poſt contractum eorum matrimonium prædictam ſummam realiter & de facto prædicto Hẽrico ſoluerat & tradiderat, prout per literas & quittantias ſuper his confectas latiùs apparere dicebant. Dictuſque Henricus conſtante matrimonio inter ipſum & dictam Yſabellim eius vxorem, præfatam ſummam quinque mille florenorum per eum receptam, abſque hoc quòd aliqua hereditagia emeret, vt facere te-

Digitized by Google

nebatur, expenderat, & in ſuis vſibus conuerterat, aut al. ſuam voluntatem fecerat. Quodque pro recompenſatione dictorum quinque mille florenorum receptorum, idem Henricus prædictę Yſabelli vxori ſuæ durante eorum matrimonio per modum aſſignationis ſecundum vulgarem patriæ locutionem terras prædictas de Laual, de Fauerolis, & de Codra, cum earum pertinentiis, vt eſſent eius vxoris hereditagia propria purè & ſimpliciter, abſque hoc quòd aliqua conditio interponeretur ſuper ipſis terris redimendis, tradiderat & aſſignauerat. Et ſi aliqua conditio poſita fuerat in aſſignatione præmiſſa, quòd dictus Henricus aut eius heredes redimere poſſent terras prædictas, ſummam dictorum quinque mille florenorum tradendo & reſtituendo: Nihilominus dicta Yſabellis & eius heredes ſecundum vſum, conſuetudinem, & communem obſeruantiam in locis, in quibus dictæ terræ ſituabantur, notoriè obſeruatos, fructus & redditus terrarum prędictarum pro aſſignatione dictæ pecuniæ traditarum ad ſuam vtilitatem: quouſque per dictum Henricum ſeu eius heredes dicta ſumma quinque mille florenorum integraliter ſoluta & reddita fuiſſet, leuare potuerant & poterant, & ſuos fecerant & faciebant. Licèt etiam in traditione dictarum terrarum facta per modum aſſignationis de & ſuper lucrandis & leuandis fructibus ipſarum terrarum aliquid expreſſum non fuiſſet. Quodque dictus PETRVS DE BARRO *filius naturalis & legitimus dictorum Henrici & Yſabellis, & eorum durante matrimonio procreatus fuerat. Dictaque Yſabellis, triginta quatuor anni lapſi erant, viuente adhuc dicto Henrico ſuo marito deceſſerat, & eiuſdem Yſabellis dictus Petrus eius filius heres ſolus & in ſolidum extiterat, & in omnibus terris prædictis per modum aſſignationis dictæ ſuæ matri traditis, & in aliis prædictis terris de Septemfontibus & de ſancto Priuato prouenientibus à latere dictæ ſuæ matris, pro herede ſe geſſerat & tenuerat: dictęque terræ per præfatum Henricum eidem Petro ſuo filio, poſtquàm ad legitimam ætatem peruenerat, ad cauſam dictæ ſuæ matris realiter traditæ & deliberatæ fuerant. In fide etiam & hommagio defunctæ cariſsimæ conſanguineæ noſtræ Comitiſſæ Arteſij, à qua dictæ terræ, ſeu maior pars ipſarum, ad cauſam ſuæ Baroniæ de Dõziaco tenebantur, & mouebant, idem Petrus poſitus extiterat, & de ipſis terris ad cauſam dictæ ſuæ matris idem Petrus vita ſua durante, & ante deceſſum ſui patris vſus & gauiſus fuerat, ac etiam de ipſis ſaiſitus & veſtitus anno Domini* MCCCLXXIX. *vel circiter deceſſerat. Quodque dictæ Ioanna, Margareta, & Henrieta amitæ dicti Petri, & quæ ſorores fuerant dictæ Yſabellis ſuæ matris, ipſo defuncto tanquam proximiores in genere pro hæredibus dicti Petri eorum nepotis ſe geſſerant, & tanquam heredes per ſe, vel alias perſonas ipſarum nominibus, dictarum terrarum poſſeſsionem corporalem apprehenderant, fidem & homagium dictæ Comitiſſæ Arteſij, & ſucceſsiuè dicta Comitiſſa defuncta cariſsimo patruo noſtro Duci Burgundiæ fecerant, & ipſarum terrarum inter ſe partagium & diuiſionem fecerant, & de ſuis portionibus pacificam poſſeſsionem vſque ad*

tempus

tempus impedimenti per dictum actorem appositi habuerant & seruauerãt. Nihilominus præmissis iustis titulis & possessionibus dictorum defensorum non obstantibus, prædictus actor prætendens ad se dictas terras spectare debere virtute certi transportus à dicto Comite Duorum-Pontium, quem heredem esse dicti Petri dicebat, eidem actori facti, præfatos defensores in dicta nostra Parlamenti Curia contra rationem adiornari fecerat, in qua Curia dicti defensores præmissa proponi fecerant. Dicebant præterea quòd dictus Comes Duorum-Pontium pro herede dicti Petri se non gesserat. Et si dicti Petri hereditatem aliquam adierat, vel pro suo herede se gesserat, hoc dumtaxat in terris, quæ dicto Petro per successionem defuncti Henrici sui patris obuenerant, fuerat. Dictæ verò terræ de Laual, de Fauerolis, & de Codra, ratione prædictæ assignationis, nec-non terræ de Septem-fontibus & de sancto Priuato à latere dictæ suæ matris descendentes, & ad causam ipsius dumtaxat, ad præfatum Petrum competierant, & pertinuerant, præfatas terras etiam iustè, & absquè torçonneria occupatione ad causas prædictas tenuerat. Et si quas alias terras ad prædictum Henricum spectantes ipso viuente dictus Petrus possederat, illud per ordinationem & tolerantiam dicti Henrici sui patris pro tunc in senectute existentis, & non aliter fuerat. Erantque Ioanna, Margareta, & Henrieta in genere proximiores à latere matris dicti Petri, quæ possent & deberent eidem in terris prædictis succedere. Quare petebant dictum actorem non habere causam seu actionem, prædictas suas demandas & conclusiones faciendi, dici & pronunciari. Et si causam vel actionem haberet, ipsos defensores ab eiusdem actoris impetitionibus absolui, aut saltim quod dicti defensores ius retinendi præfatas terras & hereditagia habebant, & fructus & redditus de dictis terris prouenientes, & maximè de terris de Laual, de Fauerolis, & de Codra iure retentionis suos faciendi, quousque per eundem actorem integraliter dicta summa quinque mille florenorum de Florentia prædictis defensoribus tradita & restituta fuisset. Dictosque defensores aliqualiter ad restitutionem prædictorum fructuum cum extimatione quantiplurimi non debere teneri. Et si ad fructuum aliquorum restitutionẽ tenerentur, quòd hoc esse non deberet nisi à tempore litis contestatæ dumtaxat, dici & declarari, & præfatum actorem in ipsorum expensis condemnari. Super quibus & pluribus aliis hinc indè propositis inquesta facta, & ad iudicandum, inquantum prædictos actorem, dominum de Paigny, eius vxorem, ac Margaretam dominam de Pesmes duntaxat concernebat; ex eo quòd inquantum dictum actorem auunculum nostrum ex vna parte, & dictam Ioannam dominam d'Authon ex altera, præsens negocium tangere poterat, eadem partes fuerant, & sunt in accordo, saluis reprobationibus contra testes per dictum actorem, contradictionibus literarum, & saluationibus earumdem per vtramque partem traditis, recepta. Ea visa, & diligenter examinata, reperto quòd sine reprobationibus iudicari poterat. Dicta Curia nostra per suum Iudicium

prædictos dominum de Paigny, Henrietam eius vxorem, & Margaretam dominam de Pesmes, inquantum quemlibet eorum tangere poterat, ad dimittendum, reddendum & restituendum eidem actori terras & fortalicia de Laual, de Fauerolis, de Septem-fontibus, de sancto Priuato, & de Codra prædictas cum earum pertinentiis & appendentiis vniuersis, ipsas terras & fortalitia ad præfatum actorem spectare debere declarando; & ad reddendum & restituendum etiam fructus, redditus, & emolumenta terrarum & fortaliciorum de Septem-fontibus, de sancto Priuato, & de Codra prædictarum, à tempore occupationis post mortem dicti Petri factæ, & aliarum terrarum, videlicet de Laual & de Fauerolis à tempore litis contestatæ duntaxat, per supradictos dominum de Paigny, eius vxorem, & dominam de Pesmes, aut ipsorum nominibus perceptos & leuatos, cum extimatione quantiplurimi dicti fructus & redditus valuerant, & valere presenti processu durante possent: necnon ad reparandum castra, fortalitia, maneria, nemora, & stangna prædicta, & reponendum eadem in æquo, bono, & competenti statu, sicut tempore prædictæ occupationis fuerant & erant, aut ad soluendum pro præmissis reparationibus precium ad easdem faciendas necessarium & requisitum. Et prædictos etiam de Paigny, eius vxorem, & dominam de Pesmes, in damnis, interesse, & expensis dicti actoris condempnauit & condemnat: prædictarum expensarum, dampnorum, & interesse taxatione eidem Curiæ nostræ reseruata. Et per idem Iudicium dicta Curia nostra præfatis domino de Paigny & eius vxori, ac domina de Pesmes actionem & prosequutionem suam ad causam dictæ summæ quinque mille florenorum per dictum Guillelmum patrem dictæ Ysabellis eidem Henrico de Barro, sicut dicebant, traditæ, eis competentem, contra præfatum actorem, si & quando eisdem videbitur expedire, & dicto actori defensiones suas in contrarium reseruauit & reseruat. Pronunciatum XIX. *die Februarij anno* 1389.

Epitaphe graué sur vne tombe eſleuée en l'Egliſe de Teulley à coſté droit du grand Autel.

CY GIST HAVTE ET PVISSANTE DAME, DAME MARGVERITE DE VERGY, DAME DE PESMES, QVI FVT FEMME DE HAVT ET PVISSANT SEIGNEVR MESSIRE IEAN DE GRANSSON CHEVALIER ET SEIGNEVR DVDIT LIEV: LAQVELLE TRESPASSA LE IOVR ET FESTE DE TOVSSAINTS L'AN M. CCC. LXXX.... DIEV AIT L'AME.

Les Armes y ſont depeintes, ſçauoir eſt d'or à vn pal d'azur trauerſé d'vne bende ou baſton de gueulles, party de Vergy.

Extrait d'vn Regiſtre d'Arreſts de l'an M CCC LXX.

INTER *defunctum* AYMONEM DE GEBENNA *militem dominum de Authone dum viuebat ex parte, & Ioannem de Cabilone Comitem Autiſiodorenſem & Tornodorenſem. Dicto Aymone viam vniuerſæ*

carnis ingreſſo, FERDELECIVS * *Comes ſeu Marquiſius de Saluceijs, ac* BEATRIX DE GEBENNA *eius vxor, heredes ſeu cauſam habentes in hac parte dicti defuncti Aymonis ad cauſam dictæ Beatricis ipſius defuncti ſororis, arramenta reſumpſerunt.* * al. FRED. RICVS.

Extraits d'vn Regiſtre des Tiltres de la terre de Montiay.

Tranſactio inter dominam Beatricem de Geneua Comitiſſam de Saluciis, & Dominam IOANNAM DE VERGEIO *dominam de Authone de* 2500. *francis.*

Lettres du 16. Iuillet 1393. ſeellees du ſeel de Iaques de Montmor Gouuerneur de Dauphiné, par leſquelles apert que noble Dame Madame IEANNE DE VERGY Dame d'Authon a receu de Fralins Marquis de Saluces & de Beatrix de Geneue ſa femme 500. francs reſtans d'autre ſomme. 1393.

Lettres du 20. d'Auril 1410. paſſees au chaſteau d'Authon en Châpagne, par leſquelles Dame IEANNE DE VERGY Dame d'Authon & de Buſſy le chaſtel en partie affranchit les enfans de Iean Plorenant demeurant à S. Remy lés Buſſi & de Marguerite ſa femme, que ladite Dame dit eſtre ſa femme de corps, auec pouuoir de prendre tonſure de quelque Prelat que ce ſoit; ſans qu'elle ny ſes ſucceſſeurs leur puiſſent à l'aduenir demander aucune choſe pour cauſe de ſeruitude. Et ce moyennant la ſomme de trente liures pieces de vingt ſols receuë par ladite Dame Ieanne de Vergy. 1410.

Extrait des Archiues de l'Abbaye de Theulley.

Teſtament de Dame IEANNE DE VERGY Dame d'Authon & de Beaumont ſur Vingenne, par lequel elle fait pluſieurs pieux legaux, & entre autres fonde vn Anniuerſaire à Theulley, pour lequel elle donne cinquante liures tournois d'vn coſtel, & treize liures d'autre aſſignée ſur la ſeigneurie de Courchant. Le XXII. May 1428. 1428.

Extraits des Tiltres de la Terre de Fontaines-Françoiſes.

Lettres de IEHAN DE LONGVY ſire de Belmont ſur Cerain & de Fontaines-Françoiſes, & de HENRIOTTE DE VERGEY Dame deſdits lieux femme dudit Iehan, par leſquelles ils vendent à Guiot dit de Berthat fils de Iean de Berthat de Fontaines, pour luy, ſes hoirs, & ſucceſſeurs, la maiſon que n'aguaires ſouloit tenir d'eux Dame Othenotte fille de feu Marguerite du Viuier iadis femme de Meſſire Iehan du Nozeroy Cheualier, à ſa vie tant ſeulement, aſſiſe en la ville de Fontaines, en la ruë de la maladerie, &c. Données en leur chaſtel dudit Fontaines le Mardy apres la feſte S. Pietre & S. Pol Apoſtres l'an de noſtre Seigneur courant M CCC LXXXII. 1382.

Extrait d'vn Regiſtre d'Arreſts du Parlement.

1389. *Anno* 1389. IOANNES DE VIENNA *miles dominus de Peigny & de Fontibus-Gallicis, &* HENRICA DE VERGEIO *eius vxor.*

Extraits des Tiltres de la Seigneurie de Fontaines.

1402. Lettres de IEHAN DE VIENNE Seigneur de Paingney, & de HENRYE DE VERGEY Dame de Fontennes-Françoiſes ſa femme, par leſquelles pour les bons, agreables ſeruices, & curialitez que Huguenin Guillempot demorans à Fontenne-Françoiſe leur homme leur a faits, & fait encore de iour en iour; en recompenſation & guerredon d'iceux, ils le quittent & affranchiſſent auec tous ſes hoirs preſens & auenir, de toutes tailles, de priſe de toux gaiz, d'oſt, de cheualchie, de breulle, de courbées, &c. parmy payant le iour de la feſte de Touſſaints chacun an au chaſteau de Fontennes vne liure de cire au poix dudit lieu, à cauſe de annuelle & perpetuelle cenſe. Données au chaſtel dudit Fontennes, le Ieudy apres la feſte de S. Martin d'Eſté l'an de grace MCCCCII.

1407. Lettres de IEAN DE VIENNE Cheualier ſeigneur de Paigney & de Fontaines-Françoiſes, c'eſt aſſauoir dudit Fontaines à cauſe de ſa chere & amée compagne & eſpouſe HENRIETTE DE VERGEY, par leſquelles ils confirment les franchiſes octroyées aux habitans dudit lieu de Fontaines, par feu Meſſire GVILLAVME DE VERGEY iadis ſeigneur dudit Fontaines, & autres ſeigneurs dudit lieu. depuis cent ans. Données le 9. iour de Feurier 1407.

1424. A tous ceulx qui ces preſentes lettres verront & ouirront. Nous IEHAN DE VIENNE ſeigneur de Paigney, de Bignan, & de Fontaines-Françoiſes, & HENRIOTE DE VERGEY noſtre chiere amée compaigne & femme Dame des lieux deſſuſdits. Faiſons ſçauoir à tous que nous auons veues & tenues certaines lettres de franchiſes données iadis par nos predeceſſeurs Seigneurs & Dames dudit Fontaines: C'eſt aſſauoir par nobles Seigneurs IEHAN DE VERGEY, & HENRY DE VERGEY, & GVILLAVME DE VERGEY, & Dame IEHANNE DE VERGEY ſa ſeur, deſquelles lettres de franchiſes les teneurs s'enſuiuent. *Nous* IEHAN DE VERGEY *Seneſchal de Bourgongne, faiſons aſſauoir à tous, que nous en guerredon de pluſieurs bons ſeruices que Perrenins dit Bryet noſtre amé varlet a fait à nous, & fait encor de iour en iour, auons donné & donnons pour nous & pour nos hoirs à touſiours mais pour remuneration des ſeruices audit Perrenin & à ſes hoirs, la maiſon qui fut Gouel, & le meix, & le vergier, &c. Et ie* HENRY *filz de mon chier Seigneur deſſuſdit ledit don & ouctroy fait audit Perrenin & à ſes hoirs, vueil, & loües, & m'y conſents, &c. Ce fut fait l'an noſtre Seigneur* MCCXCIX. *ou mois de Mars.* S'enſuit la ſeconde lettre de confirmation & franchiſe donnée par

Digitized by Google

feu noble Seigneur Meſſire HENRY DE VERGEY Seneſchal de Bourgongne. Lequel Seigneur deſſuſdit a donné & ouctroyé par don neant rappellable audit Briet deſſuſnommé & à ſes hoirs à touſiourſmais, c'eſt à ſçauoir qu'il leur a quitté de Tierces toute la terre gaignable qu'ils ont & puent auoir ou finaige de Fontaines, &c. Données par le deſſuſdit feu Meſſire Henry l'an de noſtre Seigneur courant MCCC XV. ou mois de Feurier, &c. S'enſuit la quatrieſme Lettre de franchiſe en confermant toutes les autres deſſuſdites, donnée par Meſſire GVILLAVME DE VERGEY, & par noble Dame IEHANNE ſeur dudit Guillaume, &c. l'an de noſtre Seigneur courant MCCC XXIII. ou mois de Iuin. Leſquelles choſes cy-deſſus eſcrites, Nous HENRIOTE DE VERGEY Dame dudit Fontaines certifions auoir veuës, & tenuës toutes les Lettres cy-deſſus nommées, & vne chacune par ſoy, dõnées par noſtre tres-cher & amé Seigneur Monſeigneur IEHAN DE VERGEY Seneſchal que deſſus noſtre grant pere, & ſeigneur dudit Fontaines: & par noſtre tres-cher & amé oncle Meſſire HENRY DE VERGEY Seneſchal que deſſus, lequel donna la ſeconde & tierce Lettre de confirmation & franchiſe donnée par feu Meſſire IEHAN DE VERGEY ſondit pere. Et la quarte Lettre de franchiſe, confirmation, & quittance, fut donnée par feu noſtre tres-cher & amé pere Monſeigneur GVILLAVME DE VERGEY ſeigneur dudit Fontaines, & par noble Dame IEHANNE DE VERGEY ſa ſeur noſtre tres-chiere & amée tante, &c. Fait & donné en noſtre chaſtel dudit Fontaines, le XIII. iour de Mars l'an de noſtre Seigneur courant MCCCCXXIIII.

Epitaphe gravé ſur vne tombe plate en l'Egliſe de Theulley.

CY GIST HAVTE ET PVISSANTE DAME MADAME HENRIETTE DE VERGY, QVI FVT DAME DE FONTAINE-FRANÇOISE, FEMME PREMIEREMENT DE NOBLE ET PVISSANT DAMOISEL IEAN DE LONGVY FILS DE MONSEIGNEVR DE RAHON: ET APRES FEMME MESSIRE IEHAN DE VIENNE SEIGNEVR DE PAGNEY, QVI TRESPASSA LE XXVII. DV MOIS DE DECEMBRE L'AN MCCCC XXVII. 1427.

Il y a ſur la tombe deux Eſcuſſons, le 1. de Vergy party de Longuy qui eſt vne bande, le 2. auſſi de Vergy, party de Vienne.

Extrait des Archives de ladite Abbaye de Theulley.

Lettres de PHILIPPES Duc de Bourgongne, &c. portans mandement de contraindre ſes amez & feaux Cheualiers Meſſires Iean & Oliuier de Longuy freres, à payer aux Abbé & Religieux de Theulley, la ſomme de deux cẽts liures tournois, vng franc du Comté pour vingt ſols tournois, leſquelles feuë ſon amée couſine Dame HEN- 1439.

RIETTE DE. VERGY iadis grand mere deſdits Cheualiers, auoit leguez par ſon teſtament à ladite Abbaye, pour la fondation de trois Meſſes perpetuelles chacune ſepmaine: & la ſomme de ſoixãte liures tournois pour la celebration de trois anniuerſaires par chacun an. Données le XXIV. iour de Feurier l'an de grace MCCCCXXXIX.

17. GVILLAVME DE VERGY II. DV NOM *Seigneur de Mirebeau, de Bourbonne, Soilley, &c. fils de* IEAN I.

Extrait du Terrier de la Seigneurie de Mirebeau.

1372. IE GVILLAVME DE VERGY Seigneur de Mirebel, faits ſçauoir à tous qui verront & orront ces preſentes lettres, que cõme par ma grand neceſſité & à ma requeſte, my bourgeois & hõmes de Mirebel m'ayent donné beninement la ſomme de ſoixante & douze frans d'or du coing du Roy, leſquelles i'ay heu & receu d'iceux, & m'en tiens pour bien contant & payé; en recompenſation de ce que deſſus ie donne & octroye pour moy & mes hoirs par pure & loyale donnation & irreuocable eſdits habitans & à leurs hoirs les choſes qui s'enſuiuent: PREMIEREMENT que ledit my bourgeois & ly ayant cauſe d'eux puiſſent vſer & faire vſer par leurs certains commandemens en toute aige appartenant à moy au finaige de Mirebel, fors de mes bois, aſſauoir tous bois pour faire leurs aiſances & neceſſitez, exceptez pommiers & poiriers: ſauf & reſerué à moy & à mes hoirs les aiges eſtans ſur les grands chemins. Item que ie donne audict my bourgeois & habitant qu'ils pourront & debuerõt & leurs hoirs auſſi exarter & faire exarter toutes aiges de bois eſtans en leurs champs, vignes & heritaiges quelconques, & que d'icy en auant y pourront naiſtre ou croiſtre, ſans que moy ou mes hoirs leurs puiſsẽt ou doiuẽt mettre aulcuns empeſchemens, ſans amande & ſans reprehentions aulcunes au temps aduenir. Et pour ce que toutes ces choſes & vne chaſcune d'icelle ſoient vaillables au temps aduenir, ie pour moy & pour mes hoirs promets en bonne foy & ſur l'obligation de tous mes biens & des biens de mes hoirs, tenir, guarder & accomplir eſdits bourgeois & habitans, & à leurs hoirs ſans iamais venir à l'encontre au temps aduenir. En teſmoing de laquelle choſe, & en ſigne de verité, ie Guillaume de Vergy deſſuſdit ay mis mõ ſeel à ces lettres. Faicte & donnee à Mirebel, le Ieudy appres le Dimanche que l'on chante és ſaintes Egliſes *Lætare Iheruſalem* ce faict, de certaine ſcience & par la deliberation de mõ conſeil y appellé: & promets par mon ſerment, & ſur l'obligation auant dite de non venir contre, l'an de grace courant mil trois cens ſoixante & douze.

Digitized by Google

Extraits des Archiues de Monſ. le Comte de Champlite.

Lettres paſſées ſoubs le ſeel de la Court de Beſançon, par leſquel- 1374.
les noble & puiſſant homme Eſtiennes Comte de Montbeliart, & ſire de Montfaucon, vend & tranſporte à GVILLAVME DE VERGEY ſires de Mirebel en la dioceſe de Langres, le chaſtel & fortereſſe de Morey la ville, les fiefs, rierefiefs, apartenances, & appendances d'iceux, enſemble tous les droits, ſeignories, & nobleſſes, einſi comme ledit Comte la acquit de noble & puiſſant homme Monſieur Gauchier de Chaſtillon ſire de Fere, retenu & reſerué audit Comte tant ſeulement le fief de Bourgoinnons; pour le pris & ſõme de huit mille francs. Faites & données à Arguel le 2. iour de May l'an 1374. preſens nobles hommes Meſſire Henry ſire de Villers-Saxel & de Clerualx en montagne, Meſſire Thibaut ſire de Rye, Meſſire Hugues des Champs, Meſsire Hugues de Villanfens Cheualiers, & autres.

Extrait d'vn Regiſtre d'Arreſts de l'an MCCCLXXV.

Inter conſanguineum noſtrum Petrum de Barro ſcutiferum tanquam 1375.
baillium liberorum defuncti GVILLELMI DE VERGIACO *annis minorum ex vna parte, &* IOANNEM DE VERGIACO *militem ex altera. Super poſſeſsione & ſaiſina caſtrorum de Mirabello, de Bourbone, de Soilliaco, & de Chois, quæ omnia idem conſanguineus noſter prætendebat eidem defuncto* GVILLELMO *dudum ex ſucceſsione defuncti* IOANNIS DE VERGIACO *patris ſui obueniſſe.*

Extrait de l'Inuentaire du Threſor des Chartes du Roy.

Lettres de Pierre de Bar Eſcuyer, par leſquelles comme ayant le 1376.
bail & gouuernement des enfans mineurs d'ans de feu GVILLAVME DE VERGY ſon couſin, il auouë à tenir à foy & hommage du Roy Charles V. à cauſe du chaſtel de Coiffy, le chaſtel de Bourbonne, le Breul, la Couruée & Luroul. Le 21. de Septembre l'an 1376.

---

18. IEAN DE VERGY II. DV NOM *Seigneur de Mirebeau, & de Bourbonne, & ſes ſeurs, enfans de* GVILLAVME II.

Extrait d'vn Regiſtre d'Arreſts prononcez au Parlement l'an MCCCLXXXVIII.

PHILIBERTVS *dominus de Bouffremonte miles, &* AGNES DE 1388.
IOINVILLA *nunc eius, & antea vxor defuncti* GVILLELMI DE VERGEIO *ſcutiferi domini Mirebelli defenſores, contra* IOANNEM

DE VERGEIO *dominum de Fonuento*, & HENRICVM DE BOFFREMONTE *ad causam eius vxoris &c. Propositum extitit ex parte defensorum, quòd defunctus* GVILLELMVS DE VERGEIO *dictam Agnetem duxit in vxorem, ex quo matrimonio defunctum* IOANNEM DE VERGEIO, & IOANNAM *ipsius Henrici vxorem*, & MARGARETAM *ab hac luce subtractam, suos liberos habuerat. Post cuius Guillelmi decessum prædicta Agnes anno* MCCCLXXV. *fortalitia de Borbonna, de Soilleyo, & de Espernoul, cum villis, terris, possessionibus, & pertinentiis eorumdem recepit pro dotalitio. Quod dotalitium dictus dominus de Fonuento à Philiberto marito suo redemit pro summa & precio trecentorum auri francorum, &c. Præterea dicebat quòd dictus* IOANNES *filius Guillelmi die* XXVII. *mensis Ianuarij nouissimè lapsi suum testamentum solemniter ac debitè fecerat, in eoque prædictum de Fonuento pro duobus portionibus, & vxorem dicti Philiberti pro tertia parte suos heredes instituerat. Præfato Guillelmo mortuo, præfati liberi eius remanserant in ballo Petri de Barro nunc defuncti. Die* XXIV. *Iulij an.* 1389.

Extraits de diuers Regiſtres du Parlement.

Arrestum an. 1388. HENRICVS DE BOFFREMONTE *Dominus de Eschechiaco miles, &* IOANNA DE VERGEIO *eius vxor, se dicentes heredes ad causam ipsius Iohannæ defuncti* IOHANNIS DE VERGEIO *nuper defuncti fratris sui, contra* IOANNEM DE VERGEYO *dominum de Fonuento, qui se per testamentum institutum heredem dicebat.*

1392. *Litteræ anni* 1392. *Dilectus & fidelis noster Henricus de Boffremonte miles dominus de Seich &* IOANNA DE VERGEIO *eius vxor, contra dilectos nostros* IOANNEM DE VERGEIO *dominum de Fouuens & Guichardum de saint Seigne milites.*

Litteræ anni 1408. Henry de Bauffremont Cheualier & Madame IEANNE DE VERGEY ſa femme Seigneur & Dame de Steil & de Mirebel, contre Meſſire IEAN DE VERGEY Cheualier ſeigneur de Fonuens.

Arrestum ann. 1411. *Henricus de Boffremonte miles dominus de Sceto, & defuncta* IOANNA DE VERGEIO *eius vxor, contra* IOANNEM DE VERGEIO *militem Cambellanum nostrum, dominum de Fouuens.*

Extrait des Archiues de l'Abbaye de Theulley.

1400. PHILIPPE fils de Roy de France, Duc de Bourgongne, &c. Sçauoir faiſons, que comparants en la Cour de noſtre Parlement de Dole, Religieux Abbé du Monaſtere de Theulley de l'Ordre de Ciſteaux tant en ſon nom comme en nom & prenant en main pour le Conuent de ladite Abbaye, demandeur d'vne part, & noſtre amé

ſtre amé & feal couſin Meſſire IEAN DE VERGY ſeigneur de Fonuans d'autre part. En la cauſe mehue & pendante entre icelles parties en noſtredite Cour, pour cauſe de la ſomme de mille frans d'or que pieça fu IEAN DE VERGY Seigneur de Mirebel, duquel leſdits Religieux dient eſtre chargez comme hoir pour leſdites parties, ledit noſtre couſin ordonna en ſon teſtament & ordonnance de derniere volonté auſdits Religieux, comme ils dient en LXXX. liures monnoye courant chacun an, iuſques à ce que la ſomme deſdits mille francs leur ſera payée pour vne fois, pour faire chanter & celebrer en leurdite Egliſe & monaſtere deux Meſſes chacun iour, & quatre anniuerſaires chacun an, pour le remede de ſon ame, comme plus à plain contient certaine requeſte baillée par leſdits Religieux à nos amez & feaulx Conſeilliers tenants ledit Parlement. Par laquelle ledit noſtre couſin a eſté cité verbalemẽt en noſtredite Cour auiourd'huy. Auquel ouyes leſdites parties à ce que dire & propoſer ont voulu, a eſté dict que la part deſdits Religieux baillera Diemanche demande ſienne par eſcris, de laquelle aura copie ledit noſtre couſin, & de demain en huit iours viendra reſpondre par luy ou ſon garants qu'il a nommé Meſſire HENRY DE BAVFFREMONT ſeigneur de Sceit, & Dame IEANNE DE VERGY ſa femme, ſeur dudit fu IEAN DE VERGY ſeigneur de Mirebel, leſquel il fera appeller. Donné ſoubs le ſeel de noſtre Parlement en icelle, le Sabmedy XXVI. iour de Feurier l'an mille quatre cens.

Extrait d'vn Regiſtre d'Enquêſtes iugees au Parlement l'an MCCCCX.

1410.

INTER *dilectos noſtros* HENRICVM DE BOFFREMONT *militem dominum de Steco & de Mirabello, &* IOANNAM DE VERGEYO *eius vxorem ex vna parte, &* IOANNEM DE VERGEIO *militem Cambellanum noſtrum, dominum de Fonuento, & Seneſcallum Burgundiæ ex altera. Super eo quòd dicti coniuges dicebant, quòd dudum* GVILLELMVS DE VERGEIO *dominus de Mirabello relictis* IOANNE *&* IOANNA DE VERGEYO *eius liberis naturalibus & legitimis in minori ætate conſtitutis deceſſerat. Quorum liberorum dictus de Vergeyo ballum ſeu adminiſtrationem longo tempore habuerat. Quo durante* IOANNA *cum actore matrimonialiter coniugata fuerat, idemque actor caſtrum de Soilleyo cum ſuis pertinentiis, quod proprium hereditagium dictæ Ioannæ, ac magnæ auctoritatis & valoris annuatim* CCC. *ſeu* CCCC. *libratarum terræ erat, eidem de Vergeyo pro* C. *libris terræ tradere inductus fuerat, &c. Dicebat vlteriùs, quòd dictus* IOANNES DE VERGEIO *filius dicti Guillelmi de Vergeyo, frater dictæ Ioannæ, dominus villæ & caſtri de Mirabello, & ſuarum pertinentiarum, ac medietatis caſtri de Chois & ſuarum pertinentiarum valoris duarũ mille librarum redditus annuatim &* vl.

tra fuerat. Et ipſo minore ætatis XII. *annorũ cum dimidio vel circa exiſtente, relicta dicta* IOANNA *ſorore ſua & herede ſola & in ſolidum, ab inteſtato deceſſerat. Poſt cuius obitum dictus de Vergeyo miles vnum falſum teſtamẽtum, per quod inter cætera dictus minor eidem duas partes dictorũ caſtrorum de Mirabello & de Chois ſibi legabat, fieri fecerat, &c. Prædicto* IOANNE DE VERGEIO *milite in contrarium proponente & dicente, quòd ipſe nobilis ab antiquo, & caput illorum de Vergeyo, ac Seneſcallus Burgundiæ ex ſuo hereditagio ſeu patrimonio erat & fuerat, pluresque terras & poſſeſſiones tenebat & poſidebat. Quorum conſideratione Mareſcallus Burgundiæ factus extiterat. Quodque dictus defunctus* GVILLELMVS DE VERGEIO *conſanguineus ſuus germanus fuerat, & dum viuebat ſe inuicem fratres vocabant. Qui* GVILLELMVS *anno Domini* MCCC. LXXIIII. *vel circa deceſſerat, & ante eius obitum ipſe tres ſuos liberos annis minores, ſcilicet dictos* IOANNEM *&* IOANNAM, *&* MARGARETAM *eidem de Vergeyo affectuoſiſſimè commendauerat, & in ſuo teſtamento quòd dictus de Vergeyo miles ballum ſeu adminiſtrationem dictorum liberorum, & bonorum eorumdem haberet, ordinauerat, &c. Et dicta adminiſtratione durante ipſe dictam Ioannam cum dicto Henrico matrimonialiter collocauerat. In cuius matrimonij tractatu plures terras, ſcilicet de Bourbonne, Chaſeaulx, Eſpernou, Sailly, & plures alias eiſdem coniugibus aſſignauerat. Quodque dictus Henricus non dolo, non vi, ſed ſponte dictum caſtrum de Sailleyo pro* C. *libris redditualibus ſuper puteis de Salinis permutauerat, &c. Dicebat inſuper quòd dictus* IOANNES DE VERGEYO *factus maior* XIIII. *annorum teſtamentum condiderat, in quo ei auunculo ſuo duas partes omnium bonorum ſuorum reliquerat, &c. Curia præfatum de Vergeyo condemnauit ad aſſidendum coniugibus* C. *libras ſuper puteis de Salinis, &c. & ad permittendum eos vti & gaudere dictis terris & caſtris de Mirabello & de Chois cum eorum pertinentijs, &c. Pronunciatum vltima die Maij anno* MCCCCX.

Digitized by Google

PREVVES DV LIV. IX. DE

L'HISTOIRE DE LA MAISON DE VERGY.

12. *HVGVES DE VERGY SEIGNEVR de Beluoir, ſecond filz de* HVGVES *Seigneur* DE VERGY, *& ſa poſterité.* Voyez cy-deſſus pag. 133. 178.

Extrait du Chartulaire de Champagne gardé en la Bibl. de M. de Thou.

EGo GILLA *quondam domina* VERGIACI, *& ego* GVILLELMVS *filius eius. Notum facimus vniuerſis præſentes literas inſpecturis, quòd Abbas & fratres Longivvadi commodauerũt nobis nonaginta libras Pruuin. ſuper feudum noſtrum, quod de Comitiſſa Campaniæ apud Firmitatem tenemus, &c. Conceſimus etiam quòd* VGONEM *filium mei memoratæ* GILLÆ, *fratrem mei memorati* GVILLELMI *faciemus iſtud laudare, &c. infra inſtans Natale. Actum anno graciæ* MCCXII. *menſe Iunio.* 1212.

Lettres dont les originaux ſont aux Archiues de l'Abbayé de Theulley.

Ego GILLA *domina Aultreÿ, mater Duciſſæ Burgundiæ. Notum facio omnibus præſentes literas inſpecturis, quòd Viardus de Broïes homo filiæ meæ* DOMINÆ DE BELVOIR *acquittauit in præſentia mea fratribus Theoloci, remota deinceps omni reclamatione vel à ſe vel à ſuis, quicquid eiſdem calumniabatur in quodam prato, quod ſitum eſt in Cendorbier *, quod dicitur Brolium de Faiz. Si quid autem iuris dictus Viardus in dicto prato habebat, totum contulit in eleemoſynam Deo & Eccleſiæ Theolocenſi. Si autem aliquis de parentela ſupra ſcripti Viardi occaſione prædicti prati fratres Theolocenſes de extero moleſtare vel querelari præſumpſerit, ſæpedictus Viardus promiſit dictis fratribus ſe guarantiam portaturum. In* 1224. * infr. Cendobier.

cuius rei teſtimonium ego ſupradicta GILLA *domina Aultrei præſentibus literis ad preces dicti Viardi ſigillum meum appoſui. Actum anno Domini mileſimo ducenteſimo vigeſimo quarto.*

Ego SIMONETA DOMINA DE BELVOIR. *Notum facio omnibus præſentes literas inſpecturis, quod Viardus de Broës homo noſter acquietauit fratribus Theoloci, omni remota deinceps reclamatione vel à ſe vel à ſuis, quicquid eiſdem calumniabatur in brolio de Fagia, quod ſitum eſt in Cendohier. Et ſi quid iuris prædictus Viardus in prædicto prato habebat, totum contulit in eleemoſynam Deo & Eccleſiæ Theolocenſi. Si autem aliquis de parentela dicti Viardi occaſione prædicti prati de cetero fratres Theoloci moleſtare vel querelari præſumpſerit, ſæpedictus Viardus dictis fratribus promiſit ſe guarantiam portaturum. Et vt hæc rata & firma in poſterum habeantur, ego dicta S. Domina de Beluoir præſentes literas in teſtimonium ſigilli mei munimine roboraui. Actum anno Domini mileſimo ducenteſimo vicesimo quarto.*

Extraits des Tiltres de la Terre de Beluoir.

1259. Lettres de l'an MCCLIX. par leſquelles Iean Comte de Bourgongne & ſire de Salins donne à THIEBAVD ſire de Beluoir en accroiſſement de ſon fief celuy que tenoit à Blacey Guillemin de Creuecœur fils d'Eſtienne de Beaufort.

1279. Lettres de l'an MCCLXXIX. par leſquelles Othes Comte Palatin de Bourgongne & ſire de Salins promet à THIEBAVD ſire de Beluoir de luy garder de force contre tous les chaſtels de Beluoir & de Vennes.

1322. Lettres de l'an MCCCXXII. par leſquelles Henry de Montfaucon Comte de Montbeliard & Dame Agnes de Bourgongne ſa femme promettent deſdommager Meſſire THIEBAVD ſire de Beluoir leur frere de la ſomme de deux mille liures Eſteuenans, pour laquelle il les auoit cautionnez enuers Monſieur *Hugues de Bourgongne* leur oncle.

Extrait de l'Inuentaire de la Chambre des Comptes de Dijon.

1333. Lettres de l'acqueſt par eſchange fait par feu *Robert de Bourgongne* fils de feu le Duc Robert, de Dame *Gille de Courcelles* fille de Meſſire Iean de Courcelles Cheualier, & femme de Meſſire THIBAVT SEIGNEVR DE BEAVVOIR, du chaſtel, donjon, & villes de Courcelles, Pons, & Blacy, pour leſquelles ledit Robert luy bailla le chaſteau d'Authume, la ville de Cholieres, & la ville de Noire ſur Doubs ſeans en la dioceſe de Bezançon, en la Baronnie du Duchié de Bourgongne du coſté deuers l'Empire. L'an MCCCXXXIII. ou mois d'Auril apres Paſques.

Digitized by Google

11. *SIMON DE VERGY SEIGNEVR de Beaumont ſur Vigenne, ſecond fils de GVY Seigneur DE VERGY, & ſa poſterité.*

Voyez cy-deuant p. 148.

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Ciſteaux.

LITTERÆ *Martelli* de Maillé & Fulconis fratris eius, quibus confirmant donum à matre* ERMENGARDE *factum Eccleſiæ Ciſtercienſi, quando corpus Fulconis domini de Mailliaco patris eorum terræ ſanctæ redditum eſt. Tempore* PETRI *Cabilonenſis Epiſcopi.* SIMON *maritus nunc dictæ Ermengardis.*

* al. Matcelli.

Charte tirée du Chartulaire de Champagne.

Ego HVGO DE BELLOMONTE. *Notum facio vniuerſis tam præſentibus quàm futuris, me eſſe hominem ligium cariſſimi domini mei Theobaldi Comitis Campaniæ & Briæ, ſalua ligeitate domini Ducis Burgundiæ, ſalua etiam ligeitate Comitis Stephani de vltra Seonnam. Iuraui que ipſi Comiti ſuper Sanctos, quòd ipſum iuuabo bona fide cõtra dominum Erardum de Brena, & contra filias quondam Comitis Henrici, & coadiutores ſuos. Hoc retento, quòd non intrarem terram domini* MILONIS DE NOERIIS *ad malefaciendum, neque terram* DOMINI DE VERGIACO *ſimiliter ad malefaciendum. Actum anno gratiæ* MCC. XVI. *menſe Maio.* 1216.

Extrait du Chartulaire des fiefs de l'Eueſché de Langres.

Ego GVILLELMVS DE VERGEIO. *Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis notum facio quòd dominus* GVIDO DE BELLOMONTE *eſt homo ligius domini Epiſcopi Lingonenſis poſt dominum Bellimontis fratrem ſuum: & recepit de Epiſcopo quicquid habet vel habere debet apud Coicheium tam in feudis quàm domaniis. Et dictus Guido debet iſtud teſtificari coram Duce Burgundiæ, vel alio aliquo nobili viro, & rogare eum, cuius literas dominus Epiſcopus ſuper hoc vellet habere ab Epiſcopo requiſitus. Debet etiam dictus G. facere quòd* MATER EIVS, *quæ adhuc terram tenet, iſtud laudet. Et remiſit omnes querelas Epiſcopo quas habebat vel habuerat erga eum vſque ad hanc diem. Super hoc autem tenendo ſæpedictus G. me fideiuſſorem erga memoratum Epiſcopum conſtituit. In cuius rei teſtimonium præſentes literas ſigilli mei munimine roborari. Actum anno gratiæ* MCC. XVI. *menſe Maio.*

Epitaphe graué ſur vne tombe plate dans le Chapitre de l'Abbaye de Theulley.

HIC IACET DOMINVS GVIDO DE BELLOMONTE

DOMINVS DE ROQVETTA, ANIMA EIVS REQVIESCAT IN PACE, AMEN.

La tombe eſt eſtroitte par les pieds, & ſur le milieu ſe void vn petit Eſcuſſon à trois Roſes, ou Quinte feuilles.

Lettres tirees du Chartulaire de l'Abbaye de Bullencourt, Ordre de Ciſteaux, dioceſe de Troyes.

1218. *Ego* IOHANNES *dominus de Nuilleio proficiſcens Hieruſalem, notum facio omnibus præſens ſcriptum inſpecturis, quod pater meus* VILLANVS *dominus de Nulleio dedit Eccleſiæ de Bullencuria pro anima matris meæ* ODÆ *vnum modium bladi annuatim recipiendum apud Mainis ſuper Sont. Et ego Ioannes filius eius laudaui dictam elemoſynam. Quæ elemoſyna fuit ex capite memoratæ Odæ. Præterea notum facio, quòd cum ego* IOANNES *maritaſſem ſororem meam domino* VVIILLELMO DE VERGY, *& idem Guillelmus venderet quod habebat in dicta villa de Mainis ex parte ſororis meæ, ego prohibui & interdixi ne memoratus Vvillelmus venderet ſupradictam elemoſynam, nec vllomodo eam ab Eccleſia de Bullencuria alienaret. Et vt hoc omnibus notum fieret, ego ſæpedictus Iohannes præſens ſcriptum ſigilli mei munimine roboraui. Actum anno Domini* MCCXVIII. *menſe Iulio,* XVII. *Kal. Aug.*

Extrait du Liure des fiefs de l'Eueſché de Langres.

1219. *Ego* HVGO *dominus Bellimontis. Vniuerſis tam præſentibus quàm futuris notum facio, quòd dominus Otho de Ruffeyo dedit Deo & Eccleſiæ b. Mammetis & venerabili patri H. Lingon. Epiſcopo quicquid habebat in omnibus commodis tam in feodis quàm in demeneura in Caſtellania Montis-ſalionis, & in eadem villa, laude & aſſenſu Amelinæ nobilis mulieris vxoris ſuæ. In cuius rei teſtimonium ad petitionem dictorum Othonis & Amelinæ vxoris ſuæ præſentes literas ſigillaui. Actum anno Domini* 1229.

Extraits de l'Inuentaire de la Chambre des Comptes de Dijon.

1252. Lettres par leſquelles Dame ALIZ DE BEAVMONT & IEAN ſeigneur de Beaumont ſon fils cedent au Duc de Bourgongne tout le droit qu'ils auoient ou fied de ſainct Seigne ſur Vigenne. L'an MCCLII.

1254. Lettres ſoubs le ſeel de l'Abbé d'Ouigny de l'acqueſt fait par Monſieur Hugues Duc de Bourgongne, de ALAIZ femme du Seigneur de Frolois, & parauant femme de HVE DE VERGEY, de tout ce que elle auoit & tenoit à cauſe de ſon douaire, tant en hommes, iuſtice, &c. comme autrement, en la ville & finage de Villeberny. Donné l'an 1254. ou mois de Mars.

Digitized by Google

Extrait des Archiues du Prieuré de S. Loup de Scerent.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo menſe Martio, 1262.
frater Petrus de Conſiaco, domnus Prior S. Lupi de Heſcerento viſitator Ordinis in partibus illis, attulit de S. Saluio iuxta Valentenas apud ſanctum Lupum, iſtas duas ſanctiſsimas virgines & martyres quæ ſunt de numero vndecim millium virginum. Regnante Ludouico rege Francorum, domino YVONE DE VERGEYO *exiſtente Abbate Cluniacenſi, domino* MILONE *fratre ſuo exiſtente priore Charitatis, domino* HVGONE *fratre dictorum Abbatis & Prioris exiſtente priore S. Martini de Campis Pariſ. domino Radulfo de Armiler exiſtente Priore dictæ domus S. Saluij. Nomina iſtarum virginum martyrum ſunt, ſcilicet S. Terentia, & alia S. Eugenia; quæ ſolemniter, honorificè, & cum magna deuotione fuerunt receptæ à toto ſancto Conuentu Eccleſiæ S. Lupi, Dominica in Ramis palmarum.*

Inſcriptions grauées ſur le portail de l'Egliſe du College de Cluny à Paris.

YVO PRIMVS HVIVS NOMINIS ABBAS CLVNIACENSIS, 1269.
AC PRIMVS HVIVS COLLEGII FVNDATOR, ANNO DOMINI CCLXIX. SVPRA M. PLATEAM EMIT, MVROSQVE FECIT IN CIRCVITV, REFECTORIVM, CVLINAM, DORMITORIVM, AC CLAVSTRI MEDIETATEM. ÆTERNA PACE FRVATVR, AMEN.

YVO SECVNDVS ABBAS CLVNIACENSIS, PRIMI FVNDATORIS NEPOS, HANC AEDEM DIVÆ VIRGINI SACRAM, CAPITVLVM, ET ALTERAM CLAVSTRI MEDIETATEM FECIT, CVM BIBLIOTHECA. ÆTERNA PACE FRVATVR, AMEN.

Extraits du Martyrologe du Prieuré de S. Martin des Champs de Paris.

VIII. *Kal. Septembris, Depoſitio domni* YVONIS *Abbatis Cluniacenſis, qui fuit frater* HVGONIS DE VERGIACO *quondam Prioris huius Eccleſiæ.*

XVI. *Kal. Aprilis, Depoſitio domni* MILONIS *Karitatenſis Prioris, & huius loci. Ipſe verò dedit Conuentui* C. *libras pariſ. cum aliis* C. *libris pariſ. quas Ioannes quondam Prior de Karitate, qui iacet in Choro huius loci, dederat nobis.*

Digitized by Google

II. RODOLPHE OV RAOVL DE VERGT dit le Gros troiſieſme fils de Sauaric Comte de Chalon, Seigneur DE VERGT, & ſa poſterité.

Voyez cy-deuant p. 148.

Chartes tirées du Chartulaire de l'Abbaye de S. Eſtienne de Dijon.

NOTVM *ſit præſentibus & futuris, quod* GVIARDVS GRASSVS *miles* DE VERGEIO, *gener Vvillelmi de Foſſatico, Canonicis S. Stephani guirpiuit quicquid calumniabatur in decimis lucri eorum, quantum ad parrochiam S. Martini, vel S. Michaelis attinet. Necnon & terram quam idem Guillermus pro cenſu duorum ſolidorum eis tribuerat, ſoluto cenſu ſingulis annis, in pace omnino tenere conceſſit. Factum eſt hoc Mirreio in manu* HERBERTI *Abbatis, præſente* RAINARDO *Abbate Ciſtercienſi, cum duobus Monachis Iocelino & Aymone. Affuerunt quoque Garnerius Præpoſitus Diuionenſ. & Girardus Canonicus, & Arnulfus Decanus de Vergé, & Odo de Eſchiré.* GERTRVDIS *prædicti Guiardi vxor laudauit hoc Virgeio, preſentibus Canonicis Giſleberto & Girardo. Ex parte illorum teſtes, Arnulfus Decanus, Guido de Lambreio,* ARTALDVS *miles, &* GVILLELMVS *Clericus fratres prædicti Guiardi, & Lebaldus Rebuſtes. Ex parte Canonicorum, Odo de Eſchiré, Milo de Longouico, Paganus Ventarius.*

Notum ſit omnibus quòd GVIARDVS GRASSVS *miles* DE VERGEIO, *pro terra S. Martini ſingulis annis duorum ſolidorum cenſum à Canonicis accipiebat. Pro ipſius ergo anima in feſto Apoſtolorum Simonis & Iudæ defuncti, vxor eius* GERTRVDIS, *præſente & laudante filio ſuo* LEBALDO *ipſum cenſum ſuper altare S. Stephani obtulit, & in perpetuũ dimiſit: orans vt pro marito ſuo Canonici exorarent, & anniuerſarium eius agerent. Aderat tunc Abbas Herbertus, Odo de Eſchireio & vxor eius.*

Sciant præſentes & futuri quòd placitum, quod GVIARDVS GRASSVS *Canonicis apud Mirreium fecerat, longè poſt mortem eius,* GERTRVDIS *vxor ipſius quorundam prauorum inſtinctu querelari cœpit, & eos indè ſæpiùs iniuriari. Vnde à probis hominibus conuenta malè facta corripuit, & quod prius maritus ſuus fecerat & ipſa laudauerat recognouit. Tuncque ipſa cum filiis* LEBALDO & GVILLERMO, *& filia* REGINA *vxore Henrici de Eſchiré plenariè & liberè concedentes, ſuper altare S. Stephani per librum obtulerunt, &c. Pro alia filia nomine* DONNA, *& marito eius Hugone de Baiſſé,* ARTALDVS *frater Guiardi Graſſi in manu Iocelini de Beſua fidem dedit, quòd vſque ad Natale Domini ipſis faceret concedere, &c. Fuerunt hinc & indè teſtes milites Odo & Henricus frater eius de Eſchiré, Odo Malnurrit, & Aymo Bornus frater eius, Artaldus frater Guiardi, Vvillelmus de Orguil. Ex parte Gertrudis Stephanus de S. Martino, Vvido de Tylecaſtro.*

Notum

Digitized by Google

Notum sit omnibus tam præsentibus quàm futuris, quòd VVIARDVS GRASSVS *miles* DE VERGEIO *&* GERTRVDIS *vxor eius dederunt S. Stephano quicquid habebant apud Espiré in terris & pratis & decimis, & censu de terra quam habebant à domino Villelmo de Fosseio, laudantibus & concedentibus filiis suis. Postea defuncto ipso Viardo,* PETRVS *Clericus filius eius calumniauit Canonicis S. Stephani quicquid eis pater suus donauerat, dicens se donum non laudasse. Proinde Canonici volentes eum habere propitium aut benignum, dederunt ei* XL. *solidos tali conditione vt prædictum donum concederet. & sic donum laudauit, concessit, & confirmauit data fide, & mater eius Gertruais, & fratres sui Lebaldus & Theobaldus, in perpetuum, in præsentia domini* ARVEII *Abbatis, videntibus, & audientibus & testificantibus, &c. Villelmo de Orjeol, Girardo de Arco, Humberto de Porta, Aimone de Maregnè, Odone Fratre* VVIRRICI DE VERGE', *Guidone Allinardo, Odone Grosso, militibus.*

Chartes extraites du Chartulaire de l'Abbaye de Cisteaux.

SCIANT *omnes quibus scire expedit, quòd dominus* BERTRANNVS DE VERZIACO, *&* VXOR *eius* REGINA, *dederunt in vita sua pro remedio animarum suarum Ecclesiæ sanctæ Mariæ Cistercij quicquid habebant apud Destem, & in omni territorio eius. Postquam vero adoleuit filius eorum* ODO, *&* FILIA HELIZABET, *Regina mater eorum, ad cuius originem hoc totum pertinebat, apud* VERZIACVM *in claustro S. Dionysij recognouit hæc se præfatæ Ecclesiæ liberè dedisse ad portam Cistercij, longè antequàm iungeretur in matrimonio Iohanni Giffardo militi de Monte S. Iohannis. Hoc audierunt & laudauerunt filius eius Odo & filia Helizabet, & per manum* ARNVLFI *Decani S. Dionysij ipsius Reginæ auunculi, &* LEBALDI CRASSI *cognati eorum, perpetuò Ecclesiæ Cistercij possidendum concesserunt, & propter hoc beneficiorum & orationum Ecclesiæ Cistercij, cum patribus suis participes effecti sunt. Testes huius rei sunt, Vicardus Cistercij Cellerarius,* IOHANNES DE VERZIACO *tunc Cistercij Monachus, Hugo de Mureſſalt Cõuersus, Petrus Crassus Canonicus eorum cognatus, Garnerius Præpositus, Galterius & Iohannes filij eius, Petrus Præpositus & Nicolaus gener eius, Constantius Rossez, Christianus de Belna, Humbertus de Canonia, Dauid de Roca, & alij multi.*

Ego PETRVS *Canonicus Verziaci dedi Ecclesiæ Cistercienſi pro anima fratris mei* LEOBALDI CRASSI, *& animabus anteceſſorum meorum, & pro memetipso quicquid habebam in Rollengis, & in Campo qui est iuxta Pogpierre, & in prato Chaluet, & in Leschere Bergol, & in campo qui dicitur Musignè, &c. Hoc ita esse cognouit, & vxor fratris mei Adelina concessit & laudauit apud* VERZIACVM *coram fratre meo* THEOBALDO, *Petro Presbytero de Nui, Humberto Presbytero de Plumberiis, Arnaudo Cellerario Cistercij: & ad veri fidem sigillo Capituli S. Dionysij communiui.*

Digitized by Google

Litteræ Ioannis des Morins de Rogeto, & Iaquetæ vxoris eius, quibus vendunt HVMBELINO DE VERGEYO *Cambellano duos ſolidos cenſuales quos debebat illis ſingulis annis in Martio ſuper domum & manſum ſitam retro cãcellum B. Dionyſij de Vergeio. Item duos denarios cẽſuales quos idem* HVMBELINVS *debebat illis annuatim ſuper vnam peciã terræ arabilis ſitam ſubter caſtrum* VERGEII *vbi dicitur Apaiſou iuxta viã publicam ex vna parte, & iuxta viam dicti Humbelini &* HVGONIS *fratris ſui ex altera, &c. Actum anno Domini* MCCLXXI. *menſe Maio.* 1271.

Litteræ anni MCCLXXXIIII. *menſe Maio, quibus* HVGO DE VERGEIO *filius quondam domni* VILONIS DE VERGEIO *donat & concedit in perpetuam elemoſynam Deo & Eccleſiæ S. Dionyſij de Vergeyo, & Decano & Capitulo Eccleſiæ eiuſdem, quoſdam homines ſuos in prædictis litteris nominatos. In cuius rei teſtimonium eiſdem litteris ſigillum domini Hugonis de Falcogneyo Archidiaconi Belnenſis rogauit apponi.* 1284.

PREVVES DV LIV. X. DE L'HISTOIRE DE LA MAISON DE VERGY.

7. *GEOFROY I. DV NOM SEIGNEVR de Donzy & de S. Aignan, neueu de* HVMBERT *Eueſque de Paris, Seigneur* DE VERGY.

Voyez cy-deuant p. 148.

Extrait de l'Hiſtoire Ms. des Seigneurs d'Amboiſe.

ALIVD etiam oppidum idem pater ODONIS *ſuper Carum fluuium, vbi erat S. Aniani Eccleſia ab Heremitis olim habitata, compoſuit. Quod oppidum cuidam viro* PROBISSIMO, *ſibique familariſſimo* GAVFREDO *iuueni Odo donauit. Gaufredus S. Aniani dominus conſtitutus omnes Odoni reſiſtentes viriliter impugnabat. Enimuerò Grachaicum, Villentraſtum, Buſencaicum, ceteraque loca munita iuxta Endriam ſita Fulconi fauebant. Sed iſtum Gaufredum S. Aniani dominum quidam proditor Arraudus Bruſtulij homo tamen ſuus Fulconi Conſuli tradidit. Qui Lochas incarceratus obijt. Cuius corpus homines ſui ſanclo Aniano deferentes, in latere Eccleſiæ S. Iohannis ab Orientali parte ſepelierunt.* 1030.

Digitized by Google

Extrait d'vne Hiſtoire Ms. intitulée *Geſta Comitum Andegauenſium*, en la vie de Fouques Nerre Comte d'Aniou.

Conquerebantur homines Fulconis de Odone Campanienſi, & Gelduino Salmuriēſi, & de GOFREDO *S. Aniani domino, qui omnes anno & dimidio quo Fulco moratus fuerat, terram & homines ſuos multis importunitatibus afflixerant.* Et peu apres. *Interim Fulco iterum Mōtembaſonis obſedit, & cepit, & Vvillelmo Mirebelli ad ſeruandum tradidit. Arraudus Bruſtuliꝰ, aliique proditores* GOFFRIDVM *dominum ſuum ſanctī Aniani Principem Fulconi tradunt, qui poſtea Fulcone abſente Luchis in carcere ab ipſis proditoribus ſtrangulatus eſt.*

8. *HENRY SEIGNEVR DE DONZY & de S. Aignan, & EVDES ſon frere, enfans de GEOFROY I.*

Extrait de l'Hiſtoire Ms. des Abbez de S. Germain d'Auxerre.

1062. *POſt* ODONEM *rexit Monaſterium Boſo Prior,* XII. *annis Abbatis fungens officio, ſed non fuit Abbas. Vir ingenij perſpicacis. Hic Monaſterium Saxienſe à dominio S. Germani iam à longo tempore ſubtractum, & à* GAVFRIDO *filio* ODONIS *fratris* HENRICI DONZIACENSIS *domini malè detentum cum adiutorio Gaufridi Autiſiodorenſis Epiſcopi ad ius & proprietatem dicti Monaſterij reuocauit.*

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de la Trinité de Vendoſme.

Notitia de Eccleſia Vetuli-Campi, quæ data fuerat Eccleſiæ S. Clementis de Credonio.

1067. *Calumnia huius Eccleſiæ agitata in Curia* ROBERTI *Burgundi, qui tnnc honorem Credonenſem tenebat. Præſentes affuerunt, Robertus Burgundus & filius eius Rainaldus, Conanus puer & mater eius Matildis, quę hoc donum fecit, Aimo de Intrannis, Alanus de Hulliaco, Goffredus de Bruſlone, Goffredus de Beneis, Iuo de Marialco,* GAVFREDVS DE DONZIACO, *Hamelinus de Marialco, Vvarinus de Tanniaco, Aimo de Volua, Landricus de Poilliaco, Rodulphus de Bruſlone. Data eſt* XVII. *Kal. Aug. Actum eſt hoc apud Credonenſe caſtrum anno* MLXVII. *ab incarnatione Domini, Indictione V. regnante* PHILIPPO *Francorum Rege anno* VIII. *anno quoque* GOSFRIDI *Comitis* VII. *ſed & Pontificatus domini* EVSEBII *Andegauenſis Epiſcopi anno* XIX. *paternante etiam domno Odrico Abbate Monaſterij Vindocinenſis anno* XXII.

Pierre de S. Iulian en ſon Diſcours 1. des Antiquitez de Chalon p. 418. 419.

A HVGVES Comte de Chalon & Eueſque ſucceda THIBAVT au Comté de Chalon, comme ſon plus proche heritier, &c. Ce Comte Thiebaut eut vn fils auſſi Comte de Chalon, Prince fort amateur des Egliſes & gens ſeruants à icelles, &c.

Le

Digitized by Google

Le meſme Pierre de S. Iulien au Diſcours des Antiquitez de Tournus, p. 325. parlant de l'Abbé Pierre.

La renommée de ſes bons ſens, ſuffiſance, & dexterité d'eſprit eſtans diuulguées iuſques aux eſtrangers, Alphonſe Roy d'Eſpagne feit choix de luy pour eſtre moyenneur de ſon mariage auec CONSTANCE fille de Robert Duc de Bourgongne, veuue de HVGVES Comte de Chalon.

Extrait du Decret de l'election de Gautier Eueſque de Chalon rapporté par Pierre de S. Iulien au Traite des Antiquitez de Chalon p. 455.

Acta eſt hæc Eccleſiaſtica & generalis electio anno incarnati vnigeniti Verbi MLXXX. *præſidente diuina diſpoſitione Romanæ Sedi excellentiſſimo Papa Gregorio, ſceptra quoque moderante regni nobiliſſimo Regum Philippo, Conſulatu Cabilonicæ vrbis tunc temporis manente abſque terreno Principe.* 1080.

Extrait de la Chronique Ms. de l'Abbaye de Bezc.

PRÆERAT *namque illi loco dominus* STEPHANVS *quamuis ætate non multum maturus, pietate tamen & religione circumfultus, in Dei timore & amore, & ſecundum Apoſtolum in caritate radicatus & fundatus. Videtur haud incongruum lineam generis ipſius paululum attingere, quoniam ſolet plerumque nobilitas & ſibi ad conſeruandam humilitatem, & Eccleſiis Domini ad reſiſtendum raptoribus plurimum prodeſſe. Extitit itaque patre nobiliſſimo progenitus* IOSFREDO *nomine, qui & ipſe non ſolum Conſul, ſed etiam à patre & auo Conſulibus originem duxit. De matre verò præfati domini Stephani quid dixerim, niſi quòd ex vtraque parte, patris videlicet & matris, ex progenie Conſulum, imò ab ipſis Conſulibus eſt generata? Fuit namque* ARNVLFI *nobiliſſimi & audaciſſimi Conſulis de* RISNEL *filia, matrem habens clariſſimi Conſulis* GERARDI DE FONVANS *filiam. Quòd autem iſte leonum catulus in agnum primò mutatus, poſtea vt aries ad defendendum eam carnibus, & ad generandum in ea ſpirituales agnos in Eccleſia ſit conſtitutus, fuit hoc gratia Dei, fuit hæc mutatio dexteræ Excelſi. Volo ſi poſſim quamuis non faceto, vero tamen ſermone percurrere, qualiter iſte leonem rugientem reliquerit, & leonem de tribu Iuda ſecutus ſit, & qualiter ab Agno immaculato agnus effectus ſit, vt ſequatur eum quocumque ierit. In diebus illis vocauit ſponſus ad ſe ſponſam ſuam, Chriſtus videlicet Eccleſiam, venire à cubilibus leonum, & montibus leopardorum, per montem mirrhæ, & colles Libani. Principes enim, qui priùs fuerant ſimiles leonibus propter crudelitatem & terrorem, & leopardis propter diuerſarum iniquitatum varietatem, hyſopina, humili ſcilicet confeſſione mundati, per mirrheam mortificationem libanino candore*

Digitized by Google

ſunt ſuper ninem dealbati. Horum verò extitit caput & dux quidam Comes Francorum nobiliſimus SIMON *nomine,* RODVLFI *Comitis filius. Hic diuinâ reſpectus miſericordiâ mundum fugientem fugit, & Chriſtum vocantem ſe ſecutus eſt. Expetiit autem Cœnobium S. Eugendi Iurenſis, ibi Chriſto ſeipſum ſacrificaturus. Præmiſerat ante ſe duos illuſtriſſimos viros, dominum* RODVLFVM, *& dominum* FRANCONEM, *ſecum verò duxit dominum Robertum, dominum Arnulfum, & dominum Vvarnerium. Hi omnes & ſecundum genus ſeculi clariſſimi, & ſecundum Deum nobiliſſimi, poſtea ſe holocauſtum Domino obtulerunt. Erat adhuc dominus* STEPHANVS, *de quo nobis ſermo, tenellus, militaribus tamen armis decoratus. Sed ſaniori vſus conſilio, imò Domino inſpirante, patres prædictos ſecutus, ſeculari balteo abrenuncians, Chriſtique jugum ſuſcipiens, in præfato Cœnobio Monachilem vitam arripuit, ibique ſub domino* HVNAVDO *Abbate per* X. *annos ſe in Dei ſeruitio mactauit. Deinde Cluniacum expetiit, vbi cum auunculo ſuo domino* VVIDONE *Priore magno per annum demoratus eſt. Quo Vuidone poſtea pro religione & ſanctitate vitæ facto Abbate, ipſe eum Pictauis ſecutus, ſemper ſe ipſo melior efficiebatur. Nouiſimè ad Monaſterium ſuum regreſſus, apud Barrum Cellam S. Eugendi miſſus eſt. Fiebant hæc omnia Dei diſpoſitione, ſine cuius nutu nec paſſer cadit ſupra terram. Hìc igitur inuentus eſt dominus* STEPHANVS *à venerabili* ROBERTO *Lingonenſi Epiſcopo, & ab Abbate ſuo huic loco conceſſus, quamuis renitens Abbas effectus eſt, anno incarnationis Dominicæ*

1088. MLXXXVIII. *Indictione* XI. *Epactа* XXV.

IAM *verò quanta cura, quanto ſtudio hunc locum emendare & augmentare ſtuduerit, etſi ceſſent verba, ipſa teſtantur opera. Nam quamuis Monaſterium iſtud à quingentis aut eo amplius annis primitus fuerit conſtructum, à tempore domini* STEPHANI *Abbatis videtur ſumpſiſſe principium: ita omnia innouata, omnia ſunt in melius immutata. Nam quocumque gradiebatur, hoc illi erat deſiderium, hæc illi mentis cupiditas, vt ſi alicubi aliquid vidiſſet honeſtum, aut Eccleſiæ ſuæ neceſſarium, aut illud ipſe aſportaret, aut ſimile in Eccleſia ſua ipſe conſtrueret. In Religione verò ita refloruit locus iſte in diebus illius, vt vſque ad mundi dominam Romam famoſum nomen haberet Beſua, & per totam Galliam vſque ad maris littora. Vnde factum eſt, vt cùm primùm hìc veniret, vix viginti eſſent Monachi: in diebus verò ipſius quinquaginta ſeu ſexaginta Domino ſeruientes, & victus ac veſtitus neceſſaria accipientes. Si verò computemus eos, qui in Cellis noſtris extra Beſuam habitant, numerus vſque ad centenarium conſurget. Sed & illud eſt ei à Domino præſtitum, quòd diebus eius aliqui conuerſi ad Dominum, & ab eo in hoc loco accipientes Religionis habitum, poſtea facti ſunt & ipſi lumen Eccleſiarum. Præficitur namque Eccleſiæ S. Michaelis Tornodorenſi dominus Vvido Abbas, præficitur Eccleſiæ S. Sequani dominus Henricus*

Digitized by Google

Abbas, præficitur dominus Eustasius Ecclesiæ Noviomensi S. Eligij, præficitur Ecclesiæ S. Iohannis dominus Godefredus. Et quamuis ipse non fuisset noster Monachus, de nostro tamen Monasterio est assumptus. Sed & alij quamplures sub eo æmulatione paterna ducti, in ædificando & adquirendo eum imitabantur patrem, & hanc Ecclesiam dilatauerunt, exornauerunt, & munierunt, vt matrem de ædificiis & adquisitionibus tam intra Besuam quàm extra, de instauratione corporis ipsius Monasterij, seu officinarum, de Bibliotheca tam veteris quàm noui Testamenti, de ornamento Ecclesiastico, in tabulis, in capsis, in crucibus, in thuribulis, in vestimentis ad officium Ecclesiasticum pertinentibus, de cappis & cortinis, de palliis & signis ab eo & ab aliis fratribus & filiis huius Ecclesiæ, ipsius tempore comparatis, & huic loco collatis, aliquantulum latius in sequentibus differemus. Nunc interim dicamus de Ecclesiis quæ huic loco in diebus ipsius collatæ sunt tam in hoc Episcopatu quàm in aliis. Ecclesia S. Symphoriani de Albiniaco, Ecclesia S. Benigni, Ecclesia S. Christophori Canlintensis. In Episcopatu Tullensi Ecclesia S. Villecandi, apud Romonem castrum. Et hæc qualiter & à quibus sunt collata Cartæ huic ipsi Libello insertæ ostendunt.

---

9. GEOFROY II. COMTE DE CHALON *en partie, Seigneur de Donzy, & HERVÉ DE DONZY Seigneur de S. Aignan, enfans de GEOFROY I. & neueus de SAVARIC Seigneur de VERGY.*

Pierre Venerable Abbé de Cluny au Liure I. *de Miraculis*, Chapitre XIIII.

NOS, *aiunt dæmones, de* CABILONE *venimus, vbi militem quendam* GAVFREDI DE DONZIACO *cum vxore hospitis sui in adulterium labi compulimus, &c.*

Pierre de Saint Iulien Doyen de Chalon en son Discours des Antiquitez dudit Chalon.

CE GEOFROY DE DONZY (Comte de Chalon) desireux de faire le voyage de la Terre-sainte, &, comme il est à croire, n'ayant d'argent en bourse, ce qu'il estimoit necessaire, pour se faire paroistre par despense, en l'expedition qui se presentoit, mit en vente sa moitié de ladite Comté. Pour fauoriser son oncle SAVARIC, Comte pour l'autre moitié, il s'adresse premierement à luy. Mais Sauaric ne se sentant assez pecunieux pour promptement fournir la somme demandée, il en parla à l'Eueſque Vvalterius, (nous pourrions dire Gaultier) & à son Chapitre : qui tombans p. 403.

d'accord auec le Comte GEOFFROY, luy en payerent deux cens onces de fin or; l'once eſtimée pour lors quarante ſols. la plus part dudit or leuée du tableau de ſaint Vincent, &c. Les limites de la choſe venduë furent, dés les croix plantées outre le village ſaint Marcel iuſques au port de Lus, ſuiuant le cours d'vne petite riuiere dite au tiltre Latin *Talieta.* Dés le pont de Deroupt iuſques au pont de Champforgeul, & ſelon que le finage dudit lieu s'eſtend, iuſques à la foreſt dite Veſure des Chanoines, en retournant aux croix ſus-mentionnées. Ce ſont les mots d'vn Tiltre trouué au Threſor dudit Chapitre. Depuis ſelon que ce premier achapt fut augmenté, les bornes de la Iuriſdiction de l'Eueſque & Chapitre ont eſté diuerſes, &c.

p. 421. QVANT à SAVARIC, nous auons dit cy-deuant qu'il eſtoit oncle de GEOFROY DE DONZY, & qu'eux deux eſtoient par moitié Seigneurs de Chalon, mais le tiltre de Comte apartenoit à Sauaric. Ie trouue dauantage par les memoires de Monſieur Naturel, que Sauaric fut Comte de Chalon du temps de Hugues Ar-
1098. cheueſque de Lyon. ce qu'il prouue par vn Tiltre de l'an MXCVIII. regnant Philippe I. du nom. Au lieu de Geofroy de Donzy entra l'Egliſe cathedrale de Chalon, par l'acqueſt que Gautier Eueſque & Chapitre, lors communs en biens, en firent de luy, allant au voyage de la Terre-ſainte entrepris par Godefroy de Bouillon. Et fut fait la plus part du payement des lames d'or leuees du tableau du grand autel de ladite Egliſe, ſelon qu'il a deſia eſté touché cy-deuant, &c. Ie ne trouue documents qui me puiſſent enſeigner qui fut pere ny fils de SAVARIC. Ces choſes antiques ont eſté par trop negligées par nos predeceſſeurs. S'il eſt permis vſer de coniectures en choſes non ſceuës, ie ne douterois de dire que par le treſpas ou vente que SAVARIC feiſt de ſa Comté, Chalon vint en la puiſſance du Duc de Bourgongne. Ce qui me le fait croire eſt vn vieil memoire que i'ay trouué parmy mes recueils & amas, lequel porte qu'vn Duc de Bourgongne (le nom n'y eſt pas) donna la Comté de Chalon à vn ſien fils puis-nay, & que ledit fils print pour ſes Armes la tierce partie des vieilles Armes de Bourgongne, qui eſtoient Cotices d'or & de gueule. De telle tierce partie il en feit vne bande d'or en champ de gueule, que non ſeulement les Comtes de Chalon, ains tous ceux de leur nom ont retenu, &c.

p. 456. CE meſme Vvalterius ou Gautier fut celuy, qui comme nous auons dit cy-deſſus, acheta de GEOFROY DE DONZY, de la maiſon de Neuers, la part du Comté de Chalon, qui appartient preſentement aux Eueſques dudit lieu. HVGVES premier du nom Duc de Bourgongne voulut troubler Gautier en l'acqueſt prementionné, mais comme il eſtoit Prince benin & deuot il ſe deporta de

Digitized by Google

ſes pourſuittes, & par tranſaction faite auec l'Eueſque luy amortit ledit acqueſt, à la charge que le nom & le tiltre de Comte ſeroit reſerué audit Duc, lequel peu de temps apres s'alla rendre Moyne à Cluny, &c.

Mais pour reuenir à la tranſaction de laquelle nous eſtions en propos, Vignerius homme docte & diligent en la recherche de ce qui concerne l'Hiſtoire de Bourgongne, dit que l'Eueſque de Chalon moleſté par le Roy au fait de ſa iuriſdiction, s'aida d'icelle tranſaction. Et i'ay ſceu d'ailleurs que l'Eueſque eut Arreſt pour luy, & qu'il obtint en tout & par tout, horſmis que le nom & tiltre de Comte ne luy fut pas laiſſé. Mais il eſt implicitement aſſez Comte, qui a le Comte, de quelque qualité qu'il ſoit, pour ſon vaſſal. p. 404.

En vertu des tranſaction & Arreſt prementionnez, les Eueſques de Chalon ont iouy ſans contredit de la moitié de Chalon en proprieté, auec plenitude de tous droits, horſmis la ſouueraineté; & ont eu droit de fied ſur l'autre moitié iuſques au temps du Roy François I. du nom, comme nous auons à dire autre part.

Extrait du Martyrologe de l'Egliſe de S. Eſtienne d'Auxerre.

Pridie Non. Auguſti GAVFRIDVS *Comes Cabilonenſis huius Eccleſiæ caſatus apud caſtrum ſuum* DONZIACVM *Monachus factus obiit.*

Extrait d'vne Hiſtoire Ms. de l'Abbaye de Vezelay compoſée par Hugues Moyne de ladite Abbaye.

ITERVM *Comes (Guillelmus ſcilicet Niuernenſis, qui poſtmodum Carthuſiæ Monachus effectus eſt) quæſiuit (à Pontio Abbate Vezeliacenſi) ſtratam quæ tendit de Eſconio vſque Blanniacum, & illam de Priſſeio, & alias à crucibus & terminis vſque Vizeliacum conſtitutis. Cui reſpondens Abbas dixit, quòd ſtratam de* VARGINIACO, *quam Comes requirebat de Eſconio vſque Blanniacum, illa fuit* ERVEO DE DOMZIACO, *&* SAVARICO DE VARGINIACO, *dominis Caſtri-cenſorij, qui ipſam ſtratam, & totam terram de Varginiaco, cum omnibus appendicijs ſuis, ſcilicet aquis currentibus, & fontibus, ceteriſque quæ jure hereditario in alodio poſſidebant, ipſi eam dederunt & vendiderunt beatæ memoriæ* ARTALDO *Abbati & Eccleſiæ Vizeliacenſi, ac ſuper altare beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli multis aſtantibus, Deo & beatæ Mariæ Magdalenæ, atque ipſis Apoſtolis, cum omnibus appendiciis obtulerunt. Quam terram Eccleſia Vizeliacenſis per* XL. *& eo amplius annos iure hereditario hactenus in pace totam ex integro abſque omni calumnia poſſedit. Latrones verò in publica via captos ibidem ſuſpendit, & de ceteris malefactoribus iuſtitiam fecit; & ſi quid ibi inuentum fuit, ſine violentia quietè habuit.*

Digitized by Google

Extraits de l'Hiſtoire Ms. des anciens Seigneurs d'Amboiſe compoſée par Iean Moyne de l'Abbaye de Maitmonſtier.

Eo ſiquidem tempore Hala prudens Comitiſſa Bleſenſem Comitatum regebat, Stephano viro ſuo apud Ramulam Paleſtinæ vrbem capto, &c. Mauricius Eſcarpellus à Comitiſſa repudiatus Montricardo profectus, proximos Alberici muneribus & maiorib. promiſsis ad ſtudium ſui perducit. Qui ſimiliter HERVEVM *S. Aniani dominum aggreſſus, cum ſuis adjutoribus impellit, vti aduerſum Hugonem bellum incipiat, &c. Quibus rebus & artibus* HERVEIO DE DANZEIO *militibuſque ceteris cariſsimus fuit factus. Omnibus itaque viribus congregatis quicquid erat in valle Amatiſſæ vſque Ambaziaco ſuccendit, & iuxta ripas Cari fluminis vſque Laudiacho omnia deprædatus eſt.*

Hvgo dominus Ambaziæ ſuis magis prodeſſe cupiens quàm placere, Supplicio filio ſuo in matrimonio copulauit AGNETEM *filiam* HERVEI DE DANZEIO, *vt pacem perennem inter illos de S. Aniano & ſuos poneret. Quæ mulier de Palladiorum ſtirpe deſcendit, & lineâ regiâ ſanguinis excellentiam nobilitatemque generis in oculis hominum manifeſtè commendauit. Sanè morum probitas mentionem verecundæ matronæ ſuſcinctæque perſonæ eius contulit.* Et peu apres, *Supplicius ex vxore ſua* AGNETE *duos filios habuit,* HVGONEM, *&* HERVEVM; *& duas filias, Dionyſiam vxorem Ebboni Dolenſis, & Elizabeth vxorem Andreæ de Aluia.*

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Cluny, Charte LXII.

ANASTASII *Papæ Diploma Theobaldo Priori S. Mariæ de Prato directum, quo inter alia confirmat ipſi quicquid parrochialis beneficij totius parrochiæ caſtri Donziacenſis, & villæ S. Mariæ de Prato fratres loci illius habebant: necnon omnia illa quæ ex donatione bonæ memoriæ* HARVEI *domini* DONZIACI *Monaſterium eorum habere dignoſcebatur, quemadmodum in ſcripto donationis eius continetur, &c. Datum per manum Rollandi S. R. E. Presbyteri Cardinalis & Cancellarij* XII. *Cal. Maij, Indict.* II. *incarnationis Dominicæ anno* MCLIV. *Pontificatus verò domni Anaſtaſij* IV. *Papæ anno* I.

10. *GEOFROY III. SEIGNEVR DE Donzy, de Coſne, Giem, & S. Aignan, fils de* HERVÉ I.

Charte tirée du Chartulaire de l'Abbaye de Rigny au dioceſe d'Autun.

1147. IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus Chriſtianis preſentibus & futuris, quòd Iobertus Capellus, laudante Gau-*

Digitized by Google

frido filio ſuo Canonico, & filio ſuo Iohanne milite, & vxore ipſius Iohannis Hermenſendi, & filiis ſuis Oldeerio & Girardo, dedit fratribus S. Mariæ de Fontiſmo perpetuo iure poſſidendam liberè & abſque vlla retentione totam terram quam habebat in villa Regniaci, &c. Hoc laudauit HVGO *Antiſsiodorenſis Epiſcopus, de cuius feodo mouebat terra. Hoc etiam laudauit* GAVFRIDVS DE DONZIACO *apud Caſtrum-Rainardi, qui hanc terram tenebat ab Epiſcopo. Hoc etiam laudauit Petrus de Fontaneto apud Caſtrum-Cenſorium & Hodierna vxor ſua, qui Petrus tenebat hanc terram à Gaufrido de Donziaco. Hoc etiam laudauit Buccardus Borſerius, & Buccardus filius eius, qui tenebant hanc terram à Petro de Fontaneto. Et de quibus tenebat ipſam terram Iobertus Capellus qui eam donauit. Hoc etiam laudauit Iterius de Porta, & vxor eiuſdem Iterij Odelina nomine filia ſupradicti Buccardi.*

Litteræ Vldierij filij Iohannis Capelli de eadem conceſsione, anno MCXLVII.

Le Continuateur de l'Hiſtoire d'Aimoin au Liure v. Ch. LIIII.

EODEM *tempore, ſcilicet anno* MCLIII. GAVFRIDVS DE GIEMACO *quandam filiam ſuam Stephano de Sancero in vxorem dedit. Quod aſtuto conſilio fecit. Opinabatur enim quòd ipſe eum ab infeſtatione Niuernenſis Comitis tutari poſſet. Quinetiam ipſe Gaufridus eidem filiæ ſuæ Giemacum in matrimonio donauit. Quod videns* HERVEIVS *filius eiuſdem Gaufridi, caſtrum quod ſibi hereditario iure contingebat taliter donari prohibuit. Quam ipſius prohibitionem pater ſuus irritam faciens, Stephanum de Sancero de prædicto caſtro inueſtiuit. Eapropter Herueius Regem adiit, & ei ſuper patre ſuo conqueſtus eſt, eò quod ita eum exheredabat. Proclamabat etiam de Stephano, qui prædictum caſtrum, quod ad ipſius hereditatem ſpectabat, contra ſuam voluntatem ſuſceperat, atque illud ſine ſuo aſſenſu tenebat. Rex igitur hoc audiens, ſicut ſemper fuit amator juris & æqui, tantam iniuriam fieri, Herueiumque ſuo jure deſtitui diutius ſuſtinere non potuit. Enimuerò exercitu collecto, aduerſus Giemacum conuolauit, quod Stephanus de Sancero militibus munierat, ſed ſeipſum abſentauerat. Itaque Rex cum militia ſua caſtrum viriliter aſſiliens, abſque mora illud cepit, atque Herueio reddidit. Quo completo, vnuſquiſque ad propria remeauit.* 1153.

Extrait d'vne brieue Chronique de l'Egliſe de S. Eſtienne d'Auxerre.

Anno MCLVII. *Hoc anno Caſtrum-Cenſurij diruptum eſt à Conſule Niuernenſi Nonas Martij.*

Digitized by Google

II. HERVÉ II. SEIGNEVR DE DONZY, de Coſne, Giem, S. Aignan, Alluye, Brou, Montmirail, Auton, & la Baſoche, fils de GEOFROY III.

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de S. Germain des Prez.

1162. Ces Lettres ſont rapportées entieres au Liure II. des Preuues de l'Hiſtoire de Chaſtillon.

LITTERÆ *Ludouici Regis continentes iudicium pronunciatum per Barones ſuos Stephanum de Sancero,* HERVEVM DE GIEMO, *Guidonem de Caſtellione, Guillelmum de Merloto, Drogonem de Melloto, Guillelmum de Garlanda, Guidonem de Garlanda, & alios, ſuper contentione quæ erat inter Hugonem Abbatem S. Germani, & Simonem de Aneto, pro pertinentiis ad Domnummartinum. Anno* MCLXII. *regni Ludouici R.* XXVI.

Robert Abbé du Mont en ſes Additions à la Chronique de Sigebert.

1170. CVM *Vvillelmus Goethobiiſſet in itinere Hieruſalem, & Comes Theobaldus vellet habere in manu ſua Montemmirabilem & alias firmitates, quæ fuerant Vvillelmi Goeth, de quibus ſaiſitus erat* HERVEVS DE VIENNA*, *qui habebat in conjugio primogenitam filiam Vvillelmi Goeth, natam ex vna ſororum Comitis Theobaldi: videns prædictus Herueus ſe non poſſe reſiſtere Comiti Theobaldo, cùm Rex etiam Francorum adjuuaret partem Comitis Theobaldi, vt pote ſororij eius; idem Herueus intercurrente magna pecunia, & quibuſdam pactionibus, tradidit Henrico Regi Anglorum Montemmirabilem & aliud caſtrum, ſcilicet S. Anianum in Biturico. Vnde diſcordia redintegrata eſt inter Regem & Comitem.*

* Faut lire DE GIEMO.

Circa Auguſtum Rex Henricus rediit in Normanniam, relicto Henrico juniore in Anglia. Rex Henricus fecit pacem inter Comitem Theobaldum, & HERVEVM DE VIENNA*,

* DE GIEMO.

Extrait de la brieue Chronique de S. Eſtienne d'Auxerre.

Anno MCLXX. *caſtrum* DONZIACI *dirutum eſt à Ludouico Francorum Rege, & Guidone Comite Niuernenſi,* V. *Idus Julij.*

Extrait des Archiues de la Commanderie de Soors, au dioc. de Chartres.

1180. *Litteræ* HERVEI DE DANZEIO *& M. vxoris eius, pro fratribus Templi apud Soors commorantibus, datæ Aloyæ in preſentia* ELIZABETH *Ducisſæ anno* I. *regni Philippi Gallici Regis.*

Iean de Sariſbery Eueſque de Chartres en l'Epiſtre CCLXXV. eſcrite à Barthelemy Eueſque d'Exceſtre en Angleterre.

INTERIM *Rex cum alio Rege mediante Tyrenenſi Archiepiſcopo de tollenda*

Digitized by Google

tollenda cruce tractabat, eique persuaserat interpositis cautionibus, quas exprimi pro personæ reuerentia non oportet, quòd à proximo Paschа in annum arripiendo itineri accingetur. Et quidem sub eo prætextu Christianissimum Principem in componendis finibus suis habebat adjutorem, donec colluso inita cum HERVEO DE MONTEMIRABILI, *illum ex causa probabili fecit esse suspectum; suspectiorem verò, quòd colloquium & concordiam Regis Francorum & Comitis Flandriæ studuit impedire.*

12. *HERVE DE DONZY III. DV NOM Comte de Neuers, Seigneur de Donzy, de Cosne, S. Aignan, Alluye, Brou, Montmirail, Auton, la Basoche, & ses freres, enfans de* HERVE' *II.*

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Rigny.

EGO GVILLELMVS GVDET *dominus de Giem. Notum fieri volo presentibus & futuris, quòd donaui fratribus Reigniac. aesanciam bosci mortui qui dicitur Monsmedius ad opus domus Villæsicæ, &c. Ipsi verò ob remedium animæ patris mei* CCC. *&* LXVI. *Missas de Spiritu sancto quamdiu vixerit celebrabunt. Post obitum verò patris mei Missa pro defunctis celebrabitur. Laudauerunt hoc fratres mei,* PHILIPPVS, GAVFRIDVS, HERVEVS, *&* RAINAVDVS.

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de S. Vincent au Bois, diocese de Chartres.

NOTVM *sit tam presentibus quàm futuris, quòd ego* GERVASIVS DE CASTELLO *&* MARGARETA *vxor mea in eleemosynam & in remissionem peccatorum nostrorum donamus & concedimus Ecclesiæ b. Vincentij de Nemore & Canonicis* C. *solidos in perpetuum &c. Nos autem prædictos* C. *solidos illis constituimus accipiendos in redditu nostro quem habemus in pedagio Braiolij, assensu verò* HERVEI *domini qui redditum nobis donauit, & assensu* GVILLELMI, *&* PHILIPPI; *& assensu puerorum nostrorum,* HVGONIS, *&* HERVEI, *&* GERVASII. *Huius rei testes sunt Nicolaus de Brueria, Raginaldus de Oreuille, Galerannus de Alneto, Gaufridus Callidulus, Baldricus Abbas, Nicolaus Gaudin, Guillelmus Gazelli, Simon de Illou. Anno ab incarn. Domini* MCLXXXVI. 1186.

Guillaume le Breton au Liure I V. de sa Philippide, parlant des Seigneurs morts au Siege d'Acre l'an 1191.

Et jam Blesensis Theobaldus; jamque Philippus 1191.
Flandrensis Comites, jam Vindocinensis, & ille
Quem GIEMVS, *quem Monsclarus, quem Pertica misit*

Digitized by Google

Terrea ſpiritibus viduarant vaſa beatis.
Illuſtris Stephani contriſtant funera Sacrum
*Cæſaris, Vldonis * mortem Burgundia plorat.*
Sed nec parcendum Iacobo mors impia duxit,
Cuius ob indignam mortem triſtantur Auenna.

* I. Hugonis.

Roger de Houeden en la derniere Partie de ſes Annales d'Angleterre.

Rotrodus Comes de Pertico obiit in obſidione Accon, & Comes de Puntif, & Theobaldus Comes de Blois, & Stephanus Comes de Sancerre frater eius, &c. Et Comes de Brenes, & Andreas frater eius occiſus, & Ingeran de Fenes occiſus, & Valterius de Moy occiſus, & GVVIDO DE DANZCI occiſus, & Ode de Guneſſe occiſus, &c.

Extrait d'vn Regiſtre du Threſor des Chartes du Roy cotté VIII.

Carta Communiæ Autiſſiodorenſis.

1194. IN *nomine &c. Ego P. Comes Niuernenſis notum facio quòd ego cum hominibus meis de Autiſiodoro tam in ciuitate quàm in ſuburbiis ciuitatis, & in burgo S. Germani morantibus tale ſtatutum feci, &c. Has conuentiones ego P. Comes Niuernenſis me firmiter obſeruaturum propria manu iurauì, & per idem ſacramentum promiſi & conceſsi quòd filia mea* MATHILDIS *cùm ad* XII. *annum peruenerit, & maritus eius antequam eam ducat, has conuentiones firmiter obſeruaturos iurabunt, &c. Barones mei, videlicet* PHILIPPVS DOMINVS GIEMI, *Droco de Melloto, Galfredus Seneſcallus meus, Iterius de Tociaco Vicecomes Autiſiodorenſis, Rembertus de Selempniaco, Galfredus de Arſiaco, Letricus Ballardarc, Petrus de Corcon, & ceteri vaſſores Autiſiodor. de mandato meo idem jurauerunt, &c. Actum Senonis anno* MCXCIV. *menſe Nouembri.*

Extraits du Chartulaire de l'Abbaye de S. Pere en Vallée lés Chartres.

1197. NOTVM, *&c. quòd ego* REGINALDVS *Montiſmirabilis dominus,* HERVEI DANZEII *filius, libertatem illam quam* HERVEVS *frater meus Aloyæ dominus Monachis S. Romani de Braiolo conceſsit, ſicut in litteris Monachorum continetur ſigilli munimine fratris mei roboratis, manucapio ſeruare, & pro poſſe meo garantizare, &c. Data vltima die Martij anno incarn. Dominicæ* MCXCVII.

Ego HERVEVS *dominus Aloyæ,* HERVEI DE DANZEIO *filius, notum facio quòd cùm inter me & Arnaldum Abbatem & Conuentum S. Petri Carnotenſis ſuper redditibus Monachorum S. Romani de Braiolo, & ſuper conſuetudinibus burgi contentio eſſet; tandem de aſſenſu domini* PHILIPPI DE DANZEIO, *&* REGINALDI DE MONTEMIRABILI *fratrum meorum, conceſsi præfatis Monachis,*

Digitized by Google

&c. Actum Braioti anno Dominicæ incarnationis MCXCVII. *regnante Philippo Francorum Rege illustrissimo.*

Extrait de la Chronique de Robert Moyne de S. Marian d'Auxerre.

Anno MCXCIX. PHILIPPVS *Rex Petri Niuernensis filiam* 1199.
HERVEO DE GIEMO *tradit in conjugem, & cum ea Comitatum Niuernensem, qui eam hereditario jure contingebat, Altissiodoro & Tornodoro Petro patri puellæ quoad viueret derelictis.*

Extrait du Martyrologe de l'Abbaye de S. Laurens en Niuernois.

Anno Domini MCXCIX. *in festo Inuentionis corporis beatissimi protomartyris Stephani contritus est exercitus* PETRI *Comitis Niuernensis, cum omnibus Baronibus & Coterellis, de quibus multi occisi, multi capti, ceteri omnes inhonestè & turpiter huc illucque dispersi. Factum est autem apud Abbatiam diui Laurentij ab* HERVEO DOMINO DONZIACI, *beatissimis Stephano & Laurentio ipsum adjuuantibus, cujus omninò Ecclesiam destruxerant.*

Extrait d'vn Registre du Thresor des Chartes du Roy cotté xxxi.

EGO HERVEVS *dominus* DANZIACI. *Notum facimus vniuersis ad quos litteræ præsentes peruenerint, quòd hæ sunt conuentiones inter nos & dominum nostrum Philippum Regem Franc. scilicet quòd dominus Rex habet nobis in conuentione dare in vxorem filiam* PETRI *Comitis Niuernensis cum Comitatu. hoc modo, quòd P. Comes Niuernensis ad vitam suam habebit de terra illa id quod dominus Rex decernet. Post mortem verò dicti P. Comitis tota illa terra redibit ad me & vxorem meam, vel liberos nostros. Pro racheto verò suo nos &* RENAVDVS *frater noster concedimus eidem Regi & heredibus suis in perpetuum* GIENNIVM *cum tota Castellania & omnibus pertinentiis, hoc modo quòd si dicta vxor nostra moreretur absque herede ex nobis, Giennium cum tota Castellania & omnibus pertinentiis redibit ad nos vel Renaldum fratrem nostrum, vel heredes nostros, paiando domino Regi tria milia marchas argenti ad pondus Trecense. Et si dominus Rex miserit aliquid in emendatione castelli, cum emendatione illa id rehabebimus; neque pro missionibus quas ibi fecisset dominus Rex id retineret, sed id rehaberemus soluendo prædictas tria milia marchas argenti. Prætereà ego* HERVEVS *priusquàm matrimonium fiat, faciam dominum Regem assecurari ab hominibus terræ meæ, quòd ego contra omnes homines qui possunt viuere & mori ipsum juuabo bonâ fide sicut dominum meum ligium. Neque propter aliquem hominem deficiam ei quamdiu mihi rectum facere voluerit in Curia sua. Matrimonio facto, faciam domino Regi fieri eandem securitatem ab hominibus dicti Comitatus, qui sunt de Regalibus, aut de feodo suo. Si autem aliquis esset rebellis de illa securitate facienda, ego Herueus me exin-*

Digitized by Google

dè haberem ad voluntatem domini Regis. Priusquàm verò matrimonium fiat, ego Herueus tradam domino Regi CONAM *custodiendam ad constamenta mea, donec prædictæ securitates factæ fuerint domino Regi de prædicto Comitatu. Securitatibus verò acceptis, Conam rehabebimus. Si autem ego Herueus has conuentiones domino Regi non tenuero, concedo quòd Episcopi Antisiodorensis & Niuernensis me absque appellatione excommunicent, & terram meam interdicto supponant. Si autem fortè contingeret, quòd ego H. de voluntate mea vel alio casu separarer ab illa vxore, ego eam redderem domino Regi priusquàm alij nuberet, & dominus Rex mihi redderet castellum Gienni sicut est prædictum. Actum Parisius anno ab incarnatione Domini* MCXCIX. *mense Octobri.*

Guy Coquille sieur de Romenay en son Histoire du Pays & Duché de Niuernois.

LEDIT Pierre de Courtenay mary d'Agnes Comteſſe de Neuers pretendit droit au Comté de Gyen par le moyen d'vn traité
p. 150. qu'il auoit fait auec GEOFFROY Comte de Gyen, ſeigneur de Coſne, qui auoit baillé ſa fille en mariage à Eſtienne Comte de Sancerre, & auoit ledit Geoffroy deſherité HERVÉ ſon fils. Ledit Herué, qui de ſon heritage maternel eſtoit Seigneur de Donzy, ſe reſſentant de ce tort employa ſes amis, & comme en ce temps eſtoit permis aux Seigneurs, fiſt la guerre audit Pierre de Courtenay, & y eut bataille prés de Coſne, en laquelle ledit Pierre fut vaincu, & pris priſonnier. Et en traitant de leur appointement, fut accordé & fait le mariage d'entre ledit Herué Baron de Donzy, & MATHILDE fille vnique deſdits Pierre de Courtenay & Agnes de Neuers, laquelle par le decés de ſa mere ſe trouua ſeule fille & heritiere de la Maiſon de Neuers.

Doncques à reprendre noſtre propos, cette victoire de HERVÉ Baron de Donzy contre Pierre de Courtenay, & le mariage
p. 153. qui fut fait par l'appointement, eurent ſuccés bien-heureux, pource qu'on y beſongnoit à cœur François. La lignée venue de ce mariage a proſperé & proſpere encores, ſont prés de quatre cents ans. Le Roy Philippe ſecond lors regnant ayda à ce mariage, & par le traité fiſt en ſorte que le Comté de Gyen luy demeura, & pour deſcharger Gyen du fief qu'il deuoit à l'Eueſque d'Auxerre, le Roy quitta audit Eueſque le droit qu'il auoit d'eſtre deffrayé par ledit Eueſque, quand le Roy allant par pays ſe trouuoit au dioceſe dudit Eueſque, qui eſtoit vn droit general ſur les Eueſques de ce Royaume. Et par le meſme traité l'Eueſque d'Auxerre ſe reſerua vn cierge de cent liures peſant ſur le Comté de Gyen, qui ſe doit preſenter en l'Egliſe d'Auxerre le iour de l'Inuention S. Eſtienne troiſieſme iour d'Aouſt.

Digitized by Google

Iceluy Pierre de Courtenay apres le decés de ladite Agnes de Neuers se nomma Comte d'Auxerre, pource que par traité fait auec lesdits HERVÉ & MATHILDE sa femme la iouyssance du Comté d'Auxerre lors apartenant à la Maison de Neuers luy auoit esté delaissée. Par le traité de pacification soubs l'auctorité du Roy Philippe entre ledit Pierre Comte d'Auxerre son cousin, & HERVÉ DE GYEN, est dit que Pierre jouyra sa vie durant de Tonnerre & d'Auxerre auec les fiefs, & apres sa mort tout retournera à Herué & Mathilde sa femme fille dudit Pierre. Mais ledit Pierre tiendra Mailly par droit hereditaire perpetuellement, excepté Vezelay, s'il se trouue estre de ladite Chastellenie de Mailly. Tiendra aussi hereditairement toutes ses acquisitions au Comté de Neuers. Ledit accord fait à Montargis l'an MCXCIX. Ledit Pierre en l'an MCCIII. par le consentement de Yolãd sa seconde femme vendit à HERVÉ Comte de Neuers le chastel de saint Saulge pour 1340. liures monnoye de Prouins. *p.* 154.

Extrait des Archiues de la Commanderie de Soors, au diocese de Chartres.

LITERÆ REGINALDI *Aloyæ domini anno* MCXCIX. *quibus ex consensu* HERVEI *Comitis Niuernensis dedit ad vsum Fratrum Militiæ Templi in Episcopatu Carnotensi apud Aridam-villam manentium duas quadrigas singulis diebus in foresta de Montemirabili; presentibus, Gervasio de Nouo-castello, Gaufrido de Bellomonte, Guillelmo de Folleto, & Galtero de Gaudunuilla.*

Litteræ eiusdem REGINALDI *eodem anno apud Carnotum, quibus confirmat donationem factam dictis Fratribus Templi à* GVILLELMO *Goio prædecessore suo, de domo de Melleray libera ab omni consuetudine & peagio in feudo Aloyæ.*

Geofroy de Villehardouin Mareschal de Champagne en son Histoire de la conqueste de Constantinople.

AVEC ces deux Contes se croiserent deux mult halt Baron de France, Simon de Montfort, & RENAVZ DE MOMMIRAIL. Mult fu gran la renomée par les terres, quant deux si halt homes s'en croiserent. Au Liu. I.

Apres ne tarda gaires que vns haut Ber de France, qui ot a non RENIAVZ DE MONTMIRAIL, pria tant par laie le Conte Loeys, que il fu enuoyez en Surie en messaje en vne des nés de lestoire, &c. Por cette conuenance se departi de l'ost, & auec lui HERVIS DEL CASTEL ses niers, Guillielmes le Vidasmes de Chartres, Geofroy de Belmont, &c. Au Liu. II.

Vne compaignie de mult bone gent s'esmut pour raler en An- Au Liu. V.

tioche al Prince Buymont, qui ere Prince d'Antioche, & Cuens de Triple; & auoit guerre al Roy Lion, qui eres fires des Hermines. Et cele compaignie aloit al Prince en ſoldées, & li Tur del pays le ſorent, & lor firent vn agait par là où il deuoient paſſer, & vindrent à els. Si ſe combatirent, & furent deſconfit li Franc, que onques nus n'eſchampa qui ne fuſt ou morz, ou pris. Là li fu morz Vilains de Nuili, qui ert vns des bons Cheualiers del monde, & Giles de Traiſignes, & maint autres. Et fu pris BERNARZ DE MOMMIROEL, & Renauz de Damperre, & Iohans de Villiers, & Guillelme de Nuilly qui colpes n'i auoit.

Au Li. vi. En cel termine apres vint vn grans paſſages de cels de la terre de Surie, & de cels qui l'oſt auoient laiſſié, & eſtoient allé paſſer as autres paſſages. A cel paſſages vint Eſtene del Perche, & REINAVT DE MOMMIRAL, qui coſin eſtoient le Comte Loeis, qui mult les honora, & fu mult liez de lor venue. Et l'Empereor Baudoin, & les autres genz les virent mult volentiers, qu'il eſtoient mult halt home, & mult riche. Et amenerent grant plenté de bone gent.

Au Li. vii. Por la deſtrece de la viande a la forre li Cuens Loeis de Blois & de Chartrain le ior de la Paſque florie. Auec lui ala Eſtenes del Perche le frere le Conte del Perche, & RENAVT DE MOMMI-
a Herve'. RAIL qui ere frere le Conte HVES * de Neuers, & Geruaiſes del Chaſtel, & plus de la moitié de tote l'oſt.

L'Empereor Baudoin fu pris vifs, & li Cuens Loeis fu occis. Là fu perdus li Eueſques Pierre de Betleem, & Eſtenes del Perche li frere le Comte Gefroy, & RENAVT DE MOMMIRAL le frere le Conte de Neuers, & Mahius de Vaſſencort, &c.

Extrait du Calendrier de l'Egliſe de noſtre Dame de Chartres.

XIV. *Kal. obiit* REGINALDVS DE MONTEMIRABILI *vir nobilis, dominus Aloyæ, qui nobis dedit, & apud Aloyam aſſignauit* L. *ſolidos Carnotenſis monetæ de annuo redditu, ad ſuum anniuerſarium celebrandum: & quaſdam prauas conſuetudines, quas in homines noſtros exercebat, remiſit. Quam donationem poſtmodum ſuccedens ei in terra frater eius nobilis vir* HERVEVS *Comes Niuernenſis ratam habuit & acceptam, ac* C. *ſolidos eiuſdem monetæ de annuo quoque redditu huic Eccleſiæ inſuper erogauit, percipiendos in pedagio ſuo de Aloya in Purificatione beatæ Mariæ. annuente hac omnia vxore eius* MATILDE *Comitiſſa.*

Charte titée du Chartulaire de l'Egliſe de S. Eſtienne de Neuers, Ordre de Cluny.

IN *nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego* HERVEVS COMES NIVERNENSIS, *& ego* MATILDIS *Comitiſſa vxor eius-*

dem Comitis, & neptæ GVIDONIS *Comitis. Notum facimus omnibus fidelibus tam præsentibus quàm futuris in perpetuum. Certum admodum est & notum, quòd illustris* VVILLERMVS *Comes Niuernensis Ecclesiam beati Stephani Protomartyris in suburbio Niuernensi sitam diligenter reædificauit, & Ordini Monastico atque Cluniacensi Ecclesiæ obtulit. Dedit etiam burgum quod iuxta eandem Ecclesiam est situm, ab omni exactione & consuetudine liberum, ita quòd homines illius burgi nec Comiti, nec alicui successorum suorum seruire tenerentur, nisi tantum Monachis S. Stephani. Dedit etiam eis liberum ingressum & egressum, & facultatem emendi & vendendi, & res suas liberè distribuendi per totam suam terram sine aliquo impedimento. Vnde quia non solùm qui plantauerint, sed etiam qui super ædificauerint, mercedem à Domino accipient; Nos diuini amoris intuitu, & pro salute animarum nostrarum, & omnium tam prædecessorum quàm successorum nostrorum, necnon pro rogatu domni Niuernensis G. Episcopi, &* HVGONIS *Abbatis Cluniac. eandem libertatem, quam prædictus Comes Vvillermus præfatæ Ecclesiæ & burgo dedit, nos concedimus & confirmamus, atque sigillorum nostrorum munimine roboramus. Remittimus etiam tria millia solidorum, quos* GVIDO *Comes Niuernensis à burgensibus præfati Monasterij, si quando caperetur & redimeretur, pro redemptione sua ex tenore cuiusdam Cartulæ suæ, quam eidem Ecclesiæ fecerat, solebat exigere. Excipientes tamen quòd si* FILIAM NOSTRAM *nuptui tradiderimus, vel si ego Comes ciuitatem sanctam Hierusalem adiero, tria millia solidorum à burgensibus eiusdem burgi per manus Prioris accipere debeo Niuernensis monetæ, quæ eo tempore erit, nihilque aliud à nobis vel successoribus nostris deinceps à Priore vel à burgensibus exigatur. Redemptionem tamen supradictam ita omni modo relaxamus, vt pro nulla captione qua redimerer, ego vel aliquis successorum meorum aliquid exigere valeamus. Et hoc maximè factum est, vt circa defensionem præfatæ Ecclesiæ & burgensium, atque rerum sacrum, nos & successores nostri decetero sollicitiores existamus. Habent autem respectum persoluendi illa tria millia solidorum vsque ad* XL. *dies, nec propter hoc vel propter aliud aisentias nostras nos vel successores nostri eis defendemus, nec res suas auferemus, quandiu per manum Prioris sui justitiam facere voluerint. Remissionem autem trium millium solidorum, quos pro captione nostra à burgensibus Ecclesiæ S. Stephani exigere solebamus, ideò in perpetuum facimus, quia eidem Ecclesiæ S. Stephani plura damna contuleramus, vt nobis Deus parcat hîc & in futuro. Rem siquidem istam, sicuti diffinita est & in presenti terminata, ego* HERVEVS *Comes Niuernensis juraui tenere, & perpetuò obseruare: concedente & volente & rogante* MATILDI *Comitissa vxore mea. Continetur etiam in isto juramento meo, quòd si contigerit me habere* HEREDEM MASCVLVM, *qui vsque ad annos discretionis peruenerit, cùm ammonitus fuero à Priore vel à Monachis prefati Monasterij, cogam eum similiter*

jurare, quòd teneat quicquid in hac Carta continetur. Huius confirmationis & remissionis fideiussorem dominum PHILIPPVM *Regem Franciæ constituimus, vt si quando nos vel successores nostri contra tenorem Cartulę venire tentauerimus, præfatus Rex emendare faciat. Rogamus insuper domnum Papam, vt confirmationem & remissionem confirmet. Episcopos autem G. Niuernensem & Autissiodorensem rogamus, vt ad confirmandum hanc Cartulam sigilla sua apponant. Si quis verò successorum nostrorum vel nos institutionem istam & remissionem quandoque infringerimus, concedimus & præcipimus ex parte Dei prædictis Episcopis, vt personas infringentium ac possessiones eorum anathemati superponant. Et tunc liceat Abbati Cluniacensi & Monachis S. Stephani de Niuernis ad primam libertatem concessam à præfato* GVILLELMO *Comite Niuernensi eiusdem Monasterij reædificatore recurrere. Hæc autem confirmatio & remissio facta est in præsentia domini* HVGONIS *venerabilis Cluniacensis Abbatis, existentibus testibus sociis eius, Duranno Rufo Connestabulo, Guichardo & Petro Prioribus S. Saluatoris & S. Stephani, Thoma Capellano, Gauberto Notario, Hugone de Billeio, Guillelmo Niuernensi Episcopo, B. Cantore, O. Sacrista de Niuernis, Rainaldo Dauid. Militibus, etiam* BERNARDO DE DONZE' *fratre* HERVEI *Comitis Niuernensis, Gaufrido Senescallo Niuernensi, Odone de Bosco.*

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Pontigny.

1205. EGO PETRVS *Comes Autissiodorensis & Tornodorensis. Notum facio vniuersis præsentibus pariter & futuris, quòd* HERVEVS *Comes Niuernensis, &* MATILDIS *Comitissa filia mea vxor dicti* HERVEI *me videntes & audiente laudauerunt & concesserunt commutationem quam venerabilis & bonæ memoriæ* VVILLELMVS *quondam Comes Niuernensis fecit cum Domo Pontiniacensi super sancta Porcharia & Laurento, &c. Actum anno Domini* MCCV. *mense Augusto.*

Extrait du Chartulaire de l'Abbaye de Cisteaux.

1207. EGO ODO *Dux Burgundiæ, Notum facio præsentibus & futuris, quia cùm viderem & considerarem, quòd terra mea jure hereditario* ANDREAM *fratrem meum Comitem Albonij potiùs quàm alium contingebat si sine herede de vxore mea decederem, eandem terram meam ei donaui & concessi. Ipse verò mihi concessit, quòd de ipsa terra mea quam ei dederam, & etiam de terra sua, quæ de dotalitio matris suæ in Burgundia eum contingebat, quam Dux* HVGO *pater meus & suus dum aduiueret ei diuiserat, ad libitum meum & voluntatem eleemosynas facerem, hoc excepto quòd corpus castri dare non possem. Quòd si de vxore mea per Dei gratiam prolem haberem, ad restaurationem eleemosynarum quas in terra sua fecero, quæ de dotalitio matris suæ est, dimidium albergamenti ei in escambium dedi & concessi. Hoc eodem modo concessum est mihi à Co-*

MITE

MITÆ NIVERNENSI HERVEIO, *cuius* FILIO *copulandâ erat per matrimonium* FILIA *jamdicti fratris mei* ANDREÆ *Comitis Albonij: cui filiæ suæ terram, quam ei dederam, ipse donauerat. Cùm igitur ab vtroque, à fratre meo videlicet, & à Comite Niuernensi Herueio hanc laudationem habeam & concessionem de meis elemosynis faciendis, sicut determinatum est suprà: Notum facio me donasse & concessisse in puram & perpetuam elemosynam pro remedio & salute animæ meæ & antecessorum meorum, Deo & beatæ Mariæ & Domui Cistercienſi apud villam de Pommart duo antiqua clausa cum vineis quæ se tenebãt ad eadem clausa: quæ clausa cum vineis tenebam in demanio meo ea die qua feci elemosynam istam. ita tamen quòd de vino supradictarum vinearum medietatem retinui tantùm in vita mea, &c. Vt autem hæc elemosyna mea firma & stabilis perseueret in perpetuum, præsentem Cartam sigilli mei munimine roboraui. Actum anno Dominicæ incarnationis* MCCVII. *mense Decembri.*

Pierre Moyne du Val de Sarnay en ſon Hiſtoire des Albigeois.

POST *hæc Abbas Cistercienſis & M. Milo perrexerunt ad Regem Franciæ Philippum, qui apud Nouam-villam in territorio Senonico cum pluribus de Baronibus suis solenne colloquium celebrabat. Erat enim Dux Burgundiæ Odo,* NIVERNENSIS *& sancti Pauli Comites, & multi alij nobiles & potentes. Dominus autem Papa mittebat Regi litteras speciales, monens & deprecans, vt per seipsum, saltem per filium suum Ludouicum, periclitanti in Narbonenſi prouincia Ecclesiæ auxilium impenderet opportunum.* 1209. Chap. x.

Anno igitur ab incarnatione Domini MCCIX. *domini Papæ Innocentij* XI. *regnante Philippo Rege Francorum, circa festum S. Ioannis Baptistæ, crucesignati omnes à diuersis Franciæ partibus iter arripientes, pari consilio & prouida dispositione apud Lugdunum vrbem Galliæ conuenerunt. Inter eos autem qui ibi affuerunt isti præcipui habebantur. Archiepiscopus Senonensis, Episcopus Eduensis, Episcopus Claromontensis, Episcopus Niuernensis, Dux Burgundiæ Odo,* COMES NIVERNENSIS, *Comes S. Pauli, Comes Montisfortis, Comes de Barro suprà Sequanam, Guichardus de Bellojoco, Vvillelmus de Rupibus Seneſcallus Andegauiæ, Gualcherus de Iouiniaco, Guido de Leuis, Lambertus de Tureyo.* Ch. XIV.

Quibus omnibus peractis, consilium habuerunt Barones adinuicem, quem deberent præficere terræ prædictæ, (scilicet territorij & ditionis Raimundi Comitis Tolosani) Et primò quidem oblatum fuit terræ dominium COMITI NIVERNENSI, *postea Duci Burgundiæ. sed accipere noluerunt. Eliguntur igitur de toto exercitu duo Episcopi, & quatuor milites, & insuper Abbas Cistercienſis Apostolicæ Sedis Legatus, ad terræ domi-* Ch. XVII.

Digitized by Google

num eligendum. Qui firmiter promiſerunt quòd illum eligerent, quem ſecundum Deum & ſeculum ſcirent veliorem. Hi ſeptem ſeptiformis Spiritus ſancti gratia cooperante, totamque terram miſericorditer reſpiciente, eligunt virum fidelem, catholicum, moribus honeſtum, armis ſtrenuum, SIMONEM *videlicet Comitem Montisfortis. Statim Abbas Ciſtercienſis Apoſtolicæ Sedis Legatus, huius ſacri negocij pater & magiſter, & Dux Burgundiæ, Comes etiam Niuernenſis, ad ipſum veniunt, monent, rogant, & conſulunt, vt ſuſcipiat onus pariter & honorem.*

Ch. xx. *Poſtquàm electus fuit Comes ſæpè memoratus modo & ordine quo ſuperiùs eſt notatum, ſtatim Abbas Ciſtercienſis & ipſe Ducem Burgundiæ adeunt, &* COMITEM NIVERNENSEM *orantes & deprecantes, vt in ſeruitio* IESV *Chriſti dignarentur adhuc aliquantulum commorari. Adhuc enim erant hæreticorum caſtella multa & fortiſſima adquirenda, &c. Dux autem Burgundiæ, vt potè benigniſſimus benignè deprecantibus adquieuit, promiſitque per aliquantulum tempus cum eis adhuc moraturum. Comes autem Niuernenſis nullo modo voluit deprecantibus obaudire, ſed ſtatim ad propria remeauit. Non enim benè conueniebant Dux & Comes ille, ſed hoſtis pacis diabolus ita inter illos mutuas inimicitias acuebat, quòd timebant cotidie noſtri ne ſe mutuò occiderent. Preſumebatur etiam à noſtris quòd Comes Niuernenſis non ſatis bonam gerebat erga noſtrum Comitem voluntatem, eo quòd Comes noſter familiaris erat ducis Burgundiæ, & cum eo venerat à partibus Gallicanis.*

Lettre du Pape Innocent III. tirée du Liure XII. de ſes Regiſtres.

NOBILI *viro* HERVEO *Comiti &* MATILDI *vxori eius Comitiſſæ Niuernenſi. Aſſitis aliis in partem ſollicitudinis, ſummus Pontifex aſſumptus eſt in plenitudinem poteſtatis, qui cùm moderator ſit canonum, iuri non facit iniuriam ſi diſpenſat: præſertim cùm diſpenſatio ſic iuris vincula laxet in aliquo quòd in aliis non diſſoluit, & ſic beneficium gratiæ ſpecialis inducat quòd vigorem conſtitutionis non perimit generalis. Sanè ſupplicaſtis nobis, vt cùm per tredecim annos in conſpectu Eccleſiæ cohabitaueritis vobis adinuicem, de cohabitatione huiuſmodi ſobole procreata, impedimentum ex eo quòd vos quarto gradu parentelæ, vel remotiori contingitis, amouere per diſpenſationis gratiam dignaremur; maximè ob reuerentiam Crucifixi, ad cuius vos obſequium deuouiſtis, ſigno crucis aſſumpto in ſubſidium terræ ſanctæ. Quia verò dignum eſt, vt in illius Vicario, cuius cauſam in iſto negocio ſpecialiter aſſumpſiſſe videmini, fauorem inueniatis gratiæ ſpecialis, conſiderato etiam quod ſuper facto Virziliacenſis Eccleſiæ circa procurationes mandatum Apoſtolicum impleuiſtis; vobiſcum in gradu prædicto & remotiori, ſi eo vos fortè contingatis, auctoritate Apoſtolica de fratrum noſtrorum conſilio diſpenſamus. Nulli ergo*

Digitized by Google

omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ diſpenſationis, &c. Si quis autem, &c. Datum Laterani XIII. *Kalend. Ianuarij, Pontificatus anno* XVI.

Extrait du Liure des fiefs de Champagne.

DOMINVS *de S. Aniano tenet S. Anianum, & Cellam, & Remorentin, & Veſtam, à Ludouico Comite de honore de Bleſio, & Comes Ludouicus tenet hoc à Domino Campaniæ, & Nogentum le Rotrou ſimiliter, & Brai.*

COMES *Niuernenſis eſt homo Comitis Campaniæ ſalua fidelitate quam fecit domino Regi, & quicquid tenet apud Latiniacum ſiccum, & apud S. Saluatorem en Puiſoie, & Mailliacum, & apud Driue, & apud Caſtrum-Cenſor, & apud Monceaux, & Petrampertuis, & apud Montem le jort, & apud Montem Roillum, & apud Montbar, & apud Rubeummontem, eſt de feodo domini Campaniæ, & dominus Campaniæ tenet Montbar, & Rubeummontem de Duce.*

Extrait du Chartulaire de Champagne de la Bibliot. de Monſ. de Thou.

HERVEVS *Comes Niuernenſis dilectis in Chriſto amicis Decano* 1214. *Carnotenſi & Archidiacono Pariſienſi ſalutem in Domino. Sciatis quòd tenemus in feodo & homagio de cariſſima domina mea Blancha illuſtri Comitiſſa Campaniæ Caſtrum-Cenſorij, Petram-Pertuſij, Huchionum, & terram Huchion. & prædeceſſores noſtri de ſuis prædeceſſoribus tenuerunt. Verùm cùm dominus noſter Eduenſis Epiſcopus caſtra illa cum pertinentiis ad Eduenſem Eccleſiam aſſerat pertinere, ea ſuppoſuit interdicto, pro eo quòd eadem domina Comitiſſa, licèt pluries requiſita, nolebat de ipſo recipere caſtra illa. Cùm igitur nos numquam recuſauerimus, nec adhuc recuſamus ſuper his ſtare iuri vbi debebimus, ipſam ſententiam petimus relaxari. Datum apud Baluxiacum anno gratiæ* MCCXIV.

Guy Coquille en ſon Hiſtoire de Niuernois, p. 157.

LEDIT HERVE' de ſon propre heritage maternel eſtoit Baron de Donzy, & fonda & dota le Prieuré de l'Eſpau dit de Baignaux lés Donzy de l'Ordre du Vau des Choux en l'an MCCXIV. Le lieu s'appelloit auparauant la Maiſon de Latreſche. Es fondations d'Egliſes faites de ſon temps à la part de Niuernois, luy & Mathilde ſa femme ſont tous deux nommez, & les Chartres ſeellées de deux ſeaux. Le ſeel dudit HERVE' a la figure d'vn hõme à cheual ayant l'eſpée nuë en main auec l'eſcu aux Armes de Neuers; & au contre-ſeel, qui s'appelle *Secretum*, ſont les Armes de Donzy, qui ſemblent eſtre de trois pommes de Pin. Le ſeel de ladite Mathilde a la figure d'vne femme à cheual, ayant vn oyſeau ſur le poing.

Digitized by Google

Extrait du Chartulaire de Champagne.

1215. NOTVM *sit omnibus tam præsentibus quàm futuris, quòd ego* BLANCHA *Comitissa Trecensis Palatina de mandato domini mei carissimi illustris* PHILIPPI *Regis Francorum, & domini* LVDOVICI *filij eius, juraui* HERVÆO *Comiti Niuernensi, quòd si idem Ludouicus vel filij eius in aliquo resilirent à pactionibus quas habent cum eodem Comite de matrimonio* FILIÆ EIVS, *&* FILII *eiusdem domini* LVDOVICI, *& de aliis ad idem matrimonium pertinentibus, secundum quod in litteris eorum super hoc confectis plenius continetur, ego post* XL. *dies postquam submoniti id emendare nollent, nullum seruicium, nec auxilium, nec consilium eis præstarem, nisi de hoc emendando, donec id esset plenius emendatum. Quod vt firmum & stabile perseueret, præsentem paginam sigilli mei munimine confirmaui. Actum Meleduni anno Domini* MCCXV. *mense Iulio.*

Guy Coquille en son Histoire de Niuernois, p. 158.

1216. EN l'an MCCXVII. ledit HERVÉ fit le voyage de la Terre-sainte auec Iean de Brene Roy de Hierusalem, & autres Princes Chrestiens &c. Auparauant ledit voyage ledit HERVÉ traita auec les Chanoines de S. Martin de Tours, & luy fut accordé que luy & ses successeurs Comtes de Neuers soient Chanoines de S. Martin, & participans aux prieres & biens-faits de ladite Eglise, & qu'ils prennent prebende telle que les absens ont accoustumé de percecuoir en ladite Eglise. Promettent les Chanoines celebrer chacun an vn seruice anniuersaire pour le remede des ames des Comtes de Neuers. Et le Comte leur promet confederation, & prester serment de fidelité tel comme les autres Chanoines ont accoustumé de prester. La Charte est de l'an MCCXVI.

Chartes tirées du Chartulaire de Champagne.

1217. HERVEVS *Comes Niuernensis, omnibus ad quos literæ præsentes peruenerint salutem. Nouerit vniuersitas vestra, quòd de conuentionibus quæ vertebantur inter dominam meam Blancam Comitissam Campaniæ, & Theobaldum filium eius ex vna parte, & me ex altera: super eo quòd ego petebam Hochias, Nueliacum, & Phimas, quæ castra ego dicebam ad me jure pertinere, ita compromissum fuit ex vtraque parte, quòd* ODO DVX BVRGVNDIÆ *dominus meus, &* COMES SANCTI PAVLI, *& Robertus de Cortenayo, debent diligenter inquirere infra proximum festum omnium Sanctorum, vtrum ego jus habeam in castris prædictis. Et si per suam legitimam inquisitionem inuenerint quòd ego jus habeam in castris prædictis, prædicti Comitissa & filius eius ad dictum eorum facient mihi propter hoc competens excambium. Et excambium quod indè haberem erit de feodo Comitissæ prædictæ & filij eius, cum alio feodo*

Digitized by Google

quod de ipſis teneo. Si autem per inquiſitionem eorum inuenire potuerint quòd ego jus habeam in caſtris prædictis, dicta Comitiſſa & filius eius dabunt mihi ad laudem & conſilium Ducis Burgundiæ & Comitis ſancti Pauli, & Roberti de Cortenayo, tantum valens, quantum valebant caſtra prædicta; quando GAVFRIDVS DE DONZIACO *auus meus illa caſtra, & terram illam dimiſit. Actum Pariſius anno Domini* MCCXVII. *menſe Aprili.*

NOS ODO *Dux Burgundiæ, &* GALCHERVS *Comes ſancti Pauli, Notum facimus vniuerſis preſentes literas inſpecturis, quòd Guido Gaſteble juratus coram nobis teſtificatus eſt ita, & hæc ſubſcripta aſſeruit vera eſſe, quòd ſcilicet* GAVFRIDVS DE DONZIACO *dedit filiam ſuam* ANSELLO DE TRIANGVLO *in vxorem, & ſponſalia facta fuerunt apud Donziacum quadam die Veneris. Gaufridus de Donziaco dedit Anſello de Triangulo in maritagium Nuelliacum, & quicquid habebat ibidem, & id quod habebat in burgo de Vlcheio, videlicet medietatem, quia nihil ibi habebat in caſtello. Anſellus verò dedit propter hoc prædicto Gaufrido quingentas libras & amplius, ſicut credit Guido. Anſellus de Triangulo non jacuit cum vxore ſua ea nocte, qua eam deſponſauerat; ſed ſtatim rediit in terram ſuam. Poſtea contigit, quòd Comes* STEPHANVS *cepit eandem dominam in vxorem, & adduxit eam apud S. Anianum, & fuit ſaiſitus de ſancto Aniano pro pace ſua. Anſellus de Triangulo hoc audito, conqueſtus eſt Comiti* HENRICO, *per quem fecerat matrimonium iſtud, & qui debebat ei garantire quod inde factum fuerat. Comes verò Henricus ſtatim iuit ad Regem* LVDOVICVM, *& oſtendit ei quòd tantam injuriam & tantum dedecus fecerat frater eius Comes Stephanus domino Anſello militi ſuo, quem tantùm diligebat; imò ipſi Comiti Henrico, quia dedecus illud ſibi factum eſſe reputabat. Tantum autem fecit Comes Henricus erga Regem, quòd Rex & ipſe obſederunt ſanctum Anianum, & ipſe Guido interfuit obſidioni. Tandem caſtellum illud redditum fuit eis, & tamdiu detentum ab eis, quòd Gaufridus de Dunziaco & vxor eius, & Comes Stephanus fecerunt pacem cum Anſello de Triangulo: tali modo videlicet, quòd propter iniuriam & dedecus eidem Anſello factam, & pro denariis quos dictus Gaufridus ab ipſo habuerat, quittauerunt dicto Anſello Nuelliacum, & medietatem burgi Vlcheij, & laudari fecerunt ab illis, ad quos laudatio pertinebat. Anſellus autem & Hermenſendis vxor eius tenuerunt Nuelliacum & medietatem burgi Vlcheij per* XV. *annos & amplius. Poſtea verò excambiuit Anſellus Comiti Henrico Nuelliacum, & id quod habebat apud Vlcheium: & indè habebat medietatem pedagij Pontium & portam Pruuini. Poſtea Anſellus de Triangulo aſſignauit Garnero de Triangulo fratri ſuo* XXX. *libratas terræ in pedagio Pontium, pro parte quam idem Garnerus habebat in denarijs, quos Anſellus dederat ſupradicto Gaufrido. In huius autem rei teſtimonium preſentes literas*

fieri voluimus ſigillorum noſtrorum appenſione munitas. Actum annogratiæ MCCXVII.

1218. EGO HERVEVS *Comes Niuernenſis, Notum facimus præſentibus & futuris, quòd controuerſia quæ vertebatur inter nos ex vna parte, & cariſſimam dominam noſtram Blancham Comitiſſam Trecenſem, & cariſſimum dominum noſtrum Theobaldum Comitem Campaniæ ex altera, ſuper hoc quod reclamabamus apud Vlcheias, apud Nuilliacum, & apud Cys, & in appendiciis eorum, ſopita eſt in hunc modum, videlicet quòd nos quittauimus prædictis Comitiſſæ & Comiti quicquid in illis reclamabamus, & eis & eorum heredibus in perpetuum conceſsimus poſſidendum. Ipſi autem nobis & heredibus noſtris donauerunt quicquid habebant in cuſtodia beati Germani Autiſſiodorenſis, & in tota terra eiuſdem Eccleſiæ à ripa de Hermeçon inantea verſus Comitatum Niuernenſem. Nos verò ſupradictis Comitiſſæ & Comiti Campaniæ ſuper Sanctos jurauimus, quòd nos ipſos juuabimus bona fide contra Erardum de Brena, & Philippam dictam vxorem eius, & contra aliam filiam Henrici quondam Comitis Campaniæ, & contra liberos eorumdem. Præterea dicta Comitiſſa & filius eius nobis quingentas marchas argenti donauerunt, & ſe bona fide obſeruaturos quæ ſuperiùs exprimuntur, juramento præſtito firmauerunt, &c. Datum apud S. Florentinum anno gratiæ* MCCXVIII. *menſe Iulio.*

Extrait de la Chronique de S. Marian d'Auxerre.

Anno MCCXVIII. *menſe Octobri* HERVEVS *Comes Niuernenſis mari tranſito cum multo nobilium comitatu, circa feſtum Apoſtolorum Simonis & Iudæ applicat Damietam.*

Anno Domini MCCXIX. *menſe Auguſto* HERVEVS *Comes Niuernenſis à partibus rediit tranſmarinis.*

Extraits d'vne ancienne Chronique eſcrite à la main.

1222. *Anno* MCCXVIII. HERVEVS *Niuernenſis Comes, &* GALTERVS *Camerarius Regis Franciæ, ac multi tam Barones quàm Epiſcopi, milites & plebani cruceſignati, tranſito mari, circa feſtum Apoſtolorum Simonis & Iudæ, applicant Damietam; vbi Ioannes Rex Hieruſalem & Dux Auſtriæ ad hanc ſingulariter oppugnandam cum valido exercitu menſe Maio acceſſerunt.*

Anno MCCXXII. HERVEVS *Niuernenſis Comes, qui ante captionem Damietæ de partibus tranſmarinis redierat, veneno occiditur. Qui primò apud caſtrum Sancti Aniani tumulatus, & poſtea apud Pontigniacum Ciſtercienſis Ordinis, reliquit vnicam, filiam ſuam, quæ data eſt vxor* GVIDONI *Comiti ſancti Pauli.*

Digitized by Google

Extrait de la Chronique de S. Martin de Tours ſous l'an 1222.

Tunc etiam HERVEVS DE DANZE' *Comes Niuernenſis, arcus iuſtitiæ inflexibilis, & hoſtium tempeſtas aſsidua, veneno occiditur, & apud caſtrum S. Aniani, quod paterni juris erat, honorificè tumulatur. Sed poſtea à Monachis Pontiniaci Ciſterc. Ordinis ſepeliendus apud Pontiniacum deportatur, relinquens vnicam filiam ſuam, quæ data eſt vxor* GVIDONI *Comiti* SANCTI PAVLI.

Guy Coquille en ſon Hiſtoire de Niuernois, p. 159.

Ledit HERVE' Comte de Neuers deceda l'an MCCXXIII. & eſt enterré en l'Egliſe de Pontigny de l'Ordre de Ciſteaux au dioceſe d'Auxerre. Sur ſa tombe ſont grauez ces vers en epitaphe,

Hic lapis HERVEI *Comitis celat faciei*
Formam, forma Dei clarificetur ei.

Extraits du Chartulaire de l'Abbaye de Pontigny.

Teſtamentum HERVEI *Comitis Niuernenſis, &* MATHILDIS *vxoris ſuæ, quo elegerunt ſepulturam in Eccleſia Pontiniacenſi, & donauerunt Eccleſiæ nemus de la Seuz, cùm eſſent in peregrinatione aſſumptæ Crucis apud Ianuam ſuper mare, anno* MCCXVIII. *menſe Septembri. Mentioſit Humbaldi militis de Rubeomonte.*

Ego MATILDIS *Comitiſſa Niuernenſis omnibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem. Veſtra noſcat vniuerſitas, quòd donationem illam, quam dominus & maritus noſter* HERVEVS *quondam Comes Niuernenſis fecit Eccleſiæ Pontiniacenſi de nemore de la Suez concedimus, laudamus, & confirmamus, &c. Actum apud ſanctam Virtutem anno Domini* MCCXXII. *menſe Maio.*

Ego GVIDO *Comes, &* MATILDIS *Comitiſſa, Niuernenſes & Forenſes, vniuerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Veſtra noſcat vniuerſitas, quòd cùm felicis recordationis* HERVEVS *quondam Comes Niuernenſis Eccleſiæ Pontiniacenſi & fratribus ibidem Deo ſeruientibus, in qua prædictus Comes & nos Comitiſſa quondam vxor eiuſdem Hervei ſepulturas noſtras elegimus, de aſſenſu & voluntate noſtra nemus de la Seuz liberè & abſolutè in liberam, puram, & perpetuam elemoſynam, conſtante inter nos matrimonio dederit & cõceſſerit in perpetuum poſidendum, ad anniuerſarium ſuum & noſtrum annuatim in eadem Eccleſia faciendum, &c. prædictam elemoſynam confirmamus. Actum anno Domini* MCCXXXIII.

Extrait du Martyrologe de l'Egliſe de Noſtre Dame de Chartres.

Pridie Kal. Martij obiit vir nobilis bonæ memoriæ GERVASIVS DE CASTRONOVO *Canonicus Carnotenſis, poſtea Epiſcopus Ni-*

Digitized by Google

uernenſis, nepos HERVEI *Comitis Niuernenſis: qui caput beati Mathei Apoſtoli & Euangeliſtæ apud vrbem Conſtantinopolim acquiſitum, & indè allatum, hnic ſanctæ Eccleſiæ preſentauit & dedit.*

13. AGNES DE DONZY HERITIERE dè la Comté de Neuers, Dame de Donzy, de Coſne, S. Aignan, Alluie, Brou, Montmirail, Auton, & la Baſoche, fille du Comte HERVE'.

Guillaume le Breton au Liure x. de ſa Philippide, p. 353.

TVNC *Comes* HERVEVS, *cui tot Rex dona Philippus,*
Tam latam donarat humum, cum Rege IOHANNE
Fœdus init tacitè, quamque illi erat vnica proles
Illius nato ſpondet ſponſalia natæ.

Extrait d'vn ancien Regiſtre du Threſor des Chartes du Roy, cotté VII.

Ego HERVEVS *Comes Niuernenſis, Notum facimus omnibus quòd nos iurauimus ſuper ſacroſancta domino noſtro* PHILIPPO *Francorum Regi, quòd* AGNETEM *filiam noſtram nulli trademus in vxorem ſine aſſenſu & licentia domini Regis, nec maximè alicui filiorum* IOANNIS *Regis quondam Angliæ, nec Theobaldo de Campania, nec filio Ducis Burgundiæ, nec Ingerranno de Cociaco. Et de hoc conſtituimus plegios erga dominum Regem, Hugonem dominum Vlmi, Hugonem de S. Verano, Renaldum de Monteſalconis, Gaufridum de Bulli, Petrum de Liuron, Anſellum Bridaine ſuper feoda quæ tenent de nobis, &c. Robertum verò de Cortenaio conſtituemus terminis competentibus in plegium erga dominum Regem ſuper feodo quod tenet de nobis, & Archembaldum de Borbon ſuper feodo quòd tenet de nobis, ſi pro nobis iurare voluerint nobis in pluuinam.*

Extraits d'vn autre Regiſtre du Threſor des Chartes du Roy.

1215. IN *nomine Domini, Amen. Notum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quòd ego* HERVEVS *Comes Niuernenſis infra octauas inſtantes feſti beatæ Mariæ Magdalenes teneor tradere* AGNETEM *filiam meam domino meo* PHILIPPO *Dei gratiâ Francorum Regi ſereniſſimo per conuentiones quæ inferiùs continentur. Videlicet quòd* PHILIPPVS *filius domini* LVDOVICI *domini Regis Franciæ primogeniti cum prædicta filia mea contrahet ſponſalia ſecundum conſuetudinem ſanctæ Eccleſiæ, ab inſtanti feſto Natiuitatis beatæ Mariæ in Septembri in duos annos. Et eadem die qua ſponſalia contrahentur, dabo præfato Philippo domini Ludouici primogenito Aloyam, Montemmirabilem, Braiou, Baſochiam, Frpiſiam, & Autonum, cum omnibus pertinentiis eorumdem, tam*

in aquis

Digitized by Google

in aquis, quàm in villis & foreſtis. Eadem verò die tenetur dare dominus Ludouicus Agneti ſupradictæ in dotalitium duo caſtra, Lens & Ariam, cum pertinentiis eorumdem. Si autem MATILDIS *vxor mea ante obitum Comitis* PETRI *de Autiſſiodoro ſine herede maſculo decederet, præfatus Philippus mortuo Comite Petro prædicto totum Comitatum Autiſſiodor. & Turnodor. haberet, eo excepto quod Comes debet ibi habere jure hereditario. Et ego Comes* HERVEVS *terram ſupradictam in Carnotenſi dioceſi conſtitutam integrè & ſine omni dilatione rehaberem. Et ſi etiam præfata Comitiſſa vxor mea ſine herede maſculo decederet, tota terra prædicta, quæ jure hereditario me contingit, ad me integrè & ſine omni dilatione redibit: & præfatus Philippus Comitatum Autiſſiodor. & Turnodor. habebit, ſicut prædictum eſt, ſi cum præfata Agnete filia mea ſponſalia contraxerit, & prolem ſuſceperit ex eadem, vel eam duxerit in vxorem. Si verò de præfata Matilde vxore mea heredem ſuſcepero maſculum, præfatus Philippus terram prædictam in Carnotenſi dioceſi conſtitutam habebit, & poſt deceſſum meum totam terram S. Aniani cum pertinentiis ſuis, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum. & his debet eſſe contentus. Totum autem Comitatum Niuernenſem ego* HERVEVS *Comes quamdiu vixero tenebo, excepto Comitatu Autiſſiodor. & Turnodorenſi, quem dictus Philippus ſicut prædictum eſt habebit. Quòd ſi dictum Philippum mori contigerit antequam ſponſalia contrahat cum præfata* AGNETE *filia mea,* LVDOVICVS *frater eius contrahet ſponſalia cum eadem Agnete, omnibus conuentionibus ſupradictis in omnibus & per omnia obſeruandis. Quòd ſi dictus Philippus & Ludouicus frater eius ſine herede de præfata Agnete ſuſcepto, vel ante contracta ſponſalia decederent, ego Comes* HERVEVS *totam terram meam & filiam meam ſine omni contradictione integrè & pacificè rehabebo. Et ſi etiam præfata filia noſtra ſine herede deceſſerit, ego totam terram meam in integrum & ſine omni contradictione rehabebo. Has autem conuentiones fecit jurari bona fide dominus meus Philippus Rex Franciæ in animam ſuam per duos milites hoc modo: Namſi contingeret quòd dominus Ludouicus, vel eius filius, à prædictis conuentionibus reſilirent, & requiſiti infra* XL. *dies hoc emendare nollent, dominus Rex Philippus nec conſilium nec auxilium prædicto filio ſuo Ludouico vel eius filio præſtaret, niſi de prædictis conuentionibus obſeruandis: & bona fide me juuaret, & omnia quæ dedit ei dominus Rex, de quibus inueniret eum tenentem, occuparet, & teneret, ſaluo hereditagio ſuo, quod mouet ex parte matris ſuæ: nec indè prædictus Ludouicus aliquod emolumentum perciperet, donec, ſicut in præſenti Carta continetur, eſſet penitus emendatum. Dominus autem Ludouicus manu propria jurauit, ſe firmiter obſeruaturum omnes conuentiones prædictas modis omnibus bona fide; & ſuper hoc conſtituit fideiuſſores, Odonem Ducem Burgundiæ, Blancham Comitiſſam Campaniæ, Petrum Comitem Britanniæ, Galcherum Comitem ſancti Pauli, Robertum Comitem Drocenſem, & Guidonem de Domnapetra, ſub hac forma: Quod om-*

nes iſti iurauerunt, quòd nec auxilium, nec conſilium, nec ſeruitium aliquo modo prædicto domino Ludouico, vel eius filio præſtabunt, quouſque id eſſet plenius & penitus emendatum, & inde literas ſuas patentes confecerunt. Præterea venerabilis Pater Dei gratiâ Remenſis Archiepiſcopus, & Atrebatenſis & Morinenſis Epiſcopi, ſuper hoc literas ſuas patentes præſtiterunt, ſub hac forma: Quòd ipſi & eorum ſucceſſores ad petitionem meam, vel certi nuncij mei, totam terram quam idem dominus Ludouicus vel eius filius haberent in dioceſibus ſuis, ſupponent interdicto, nec interdictum relaxabunt, donec in integrum fuerit emendatum, ſi prædictus dominus Ludouicus vel eius filius à prænominatis conuentionibus in aliquo reſilirent, & requiſiti infra XL. *dies nollent hoc emendare. Eodem modo facient venerabiles Patres Dei gratiâ Bituricenſis & Turonenſis Archiepiſcopi, & Beluacenſis, Carnotenſis, & Autiſiodorenſis, & Aurelianenſis Epiſcopi; & ſupponent interdicto totam terram quam dominus Ludouicus haberet in dioceſibus ſuis, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum. Et ſuper hoc literas ſuas patentes confecerunt ad inſtantiam domini Regis Philippi, & domini Ludouici, & meam. De his autem conuentionibus tenendis, & firmiter obſeruandis, præſtiti corporaliter iuramentum, & dedi fideiuſſores, Guidonem de Domnapetra, Odonem dominum Caſtellionis, Hugonem dominum Vlmi, Hugonem dominum de Molins, Simonem de Luziaco, Calderonem dominum de Feritate, Hugonem dominum S. Verani, Iterum dominum Tociaci, Vvillelmum de Barris iuuenem, Fulconem de Villantras, Comitem Iouigniaci. Qui omnes iurauerunt, quòd nec conſilium, nec auxilium, nec ſeruitium aliquo modo mihi præſtarent, ſi à prædictis conuentionibus reſilirem, donec id eſſet plenius & penitus emendatum. Deinde literas ſuas patentes ad inſtantiam meam confecerunt. Et inſuper fidejuſſionis garantitorem, & præſcriptarum conuentionum ab vtraque parte dominum meum Philippum Regem conſtituo. Si verò ego* HERVEVS *Comes &* MATILDIS *vxor mea ſine herede maſculo deceſſerimus, prædicti domini Ludouici filius, qui cum dicta Agnete filia mea ſponſalia contrahet, vtrumque Comitatum tam Niuernenſem quàm Autiſiodorenſem & Tornodorenſem ſine contradictione habebit: eo excepto, ſicut ſuperiùs dictum eſt, quod Comes Petrus debet habere in Comitatu Autiſiodorenſi jure hereditario. Ita tamen quòd ſi ego à dicta Matilde vxore mea filiam vel filias ſuſcepero, prædicti domini Ludouici filius, qui cum dicta Agnete filia mea ſponſalia contrahet, eam vel eas poſt mortem meam & vxoris meæ maritabit per terram vel per denarios ſine diſpergamento. Statutum eſt etiam in conuentionibus ſupradictis, & iuramentis firmatum, quòd ſi ſponſalia vel matrimonium inter prædictas perſonas quocumque modo contingeret non fieri, ego totam terram meam in integrũ, & filiam meam, ſi viueret, rehaberem: ita quòd eam non maritarem ſine aſſenſu domini Regis. & hoc ſuper ſacroſancta iuraui. Quod vt perpetuum robur obtineat,*

Digitized by Google

&c. Actum Meleduni anno Domini MCCXV. *menſe Iulio.*

Ego HERVEVS *Comes Niuernenſis. Notum facio vniuerſis ad quos* 1218.
literæ præſentes peruenerint, ſalutem. Nouerit vniuerſitas veſtra, quòd ego franchiſiam illam, quam cariſsimus dominus meus, dominus LVDOVICVS *domini Regis Franciæ primogenitus fecit in terra, quam filiæ noſtræ* AGNETI *cum primogenito dicti Ludouici* PHILIPPO *in maritagium dedi, ſcilicet terram Montiſmirabilis, Aloyæ, Brajoti, Autonij, Baſochiæ, & Froſeij, ita factam, quòd omnes qui in dictis villis manſionarij ſunt, & erunt, ſingulis annis dabunt ſinguli de feſtagio pro ſingulis domibus die feſto beatorum Apoſtolorum Simonis & Iudæ quinque ſolidos turonenſis monetæ, ratam habemus & confirmamus, ſaluis conuentionibus quæ ſunt inter ipſum dominum Ludouicum & nos. Et hoc dando quiti erunt de tolta & talia, ſaluis nobis alijs conſuetudinibus noſtris quas ante debebunt. Et ſi eos cõtigerit foris facere, lege & iudicio terræ tractabuntur. Et ſi contingeret dictam terram reuerti ad nos, per conuentiones quæ ſunt inter dominum Ludouicum & nos, memoratam omni modo teneremus franchiſiam, ſicut ſuperiùs eſt tractata. Quod vt firmum & ſtabile perſeueret, præſentem paginam ſigilli mei munimine confirmaui. Actum apud Lorriacum anno Domini* MCC XVIII. *menſe Iulio.*

Ego GVIDO DE S. PAVLO, *& Hugo de Caſtellione frater eius,* 1221.
filij Galcheri quondam Comitis S. Pauli. Notum facimus vniuerſis tam præſentibus quàm futuris, quòd nos quittamus in perpetuum cariſſimo domino noſtro PHILIPPO *illuſtri Regi Francorum & heredibus ſuis villam Pontis ſancti Maxentij ſuper Yſaram, cum vniuerſis pertinentiis eiuſdem villæ tam in feodis quàm rebus aliis vniuerſis. Hanc quittationem iuraui-mus nos bona fide ſeruaturos domino Regi & heredibus ſuis, & juraumus quòd domino Regi & heredibus ſuis fidele ſeruicium faciemus. Dominus autem Rex propter hoc quittauit nobis rachatum quod habere debet de filia Comitis Niuernenſis* HERVEI. *Et ſciendum quòd quamcitò ego Guido de ſancto Paulo deſponſauero filiam Comitis Heruei Niuernenſis, dominus Rex poterit in manu ſua capere Pontem ſancti Maxentij cum vniuerſis pertinentiis eiuſdem villæ tam in feodis quàm omnibus aliis, & tenere in perpetuum ſibi & heredibus ſuis ſicut prædictum eſt. Actum anno Domini* MCC XXI. *menſe Maio.*

Chartes tirées du Chartulaire de l'Abbaye de Bonneual au dioceſe de Chartres.

Ego GVIDO *ſancti Pauli Comes, & dominus Aloyæ. Vniuerſis* 1222.
præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Quod iuſtum eſt tenere firmiter & ſeruare, licèt interſit omnium vnicuique quod ſuum eſt reddere & ſeruare, multò fortiùs illorum intereſt qui dominantur populis obſeruare iuſtitiam, & à iuris ſemita nullatenus declinare. Cùm igitur æquum ſit quod omni conſonet æquitati vllum omninò debere appropriare in vſus proprios quod

eſt commune pluribus, & quod in damnum cederet plurimorum. Et nos multorum relatione didicerimus, & per viros fide dignos ſufficienter cognouerimus, quòd dominus meus Comes Niuernenſis HERVEVS *& dominus Aloyæ per quorumdam conſilium malignum aquam, quæ vocatur Liger, quæ communis eſt hominibus terræ noſtræ, & aliis circumadjacentibus vicinis ab antiquo, à recto curſu auerti feciſſet, & eandem in vſus proprios à recto curſu detraheret, vt in ſtagnum de ſancto Germano juxta Aloyam defluęret. Et ob auerſionem & diſtractionem ſupradictæ aquæ maxima damna nobis & hominibus terræ noſtræ, & Bonæuallis Monaſterio, & omnibus vicinis ſupradictæ aquæ adiacentibus imminerent, quod nobis & aliis plurimis in damnum cedebat innumerabile: ita voluimus, & bonorum virorum conſilio fecimus emendari ſecundum jus, volentes & præcipientes factũ noſtrum à ſucceſſoribus noſtris firmiter obſeruari, quòd ab iſto die & deinceps vſque in perpetuum, ſupradicta aqua, Liger ſcilicet, per antiquum curſum & rectum, videlicet à molendino de Vibrayo ad caſtellum Aloyæ ſine diſtractione & aliquo obſtaculo defluat & diſcurrat, & de caſtello Aloyæ ad molendinum de Baudouin, & de molendino de Baudouin ad molendinum de Inſula, & de molendino de Inſula ad molendinum de Varonneau, & de molendino de Varonneau ad molendinum de Corteau, ſine auerſione aliqua ſimiliter effluat, & nullus ſucceſſorum noſtrorum ſupradictam aquam à prædicto curſu auerti vllo modo faciat, vt in ſtagnum ſuperius memoratum, vel aliquo alio loco elabatur. Hanc enim conceſſionem ſupradictæ aquæ, & redditionem quam ſupradicto Monaſterio Bonæuallis, & hominibus terræ noſtræ, & omnibus aliis, qui per diſtractionem prędictæ aquę damna plurima ſuſtinebant, ob redemptionem animæ meæ, & animæ domini mei Comitis Niuernenſis, & animarum omnium anteceſſorum meorum fecimus.* AGNES *verò vxor mea dicti Comitis Niuernenſis filia abſque reclamatione aliqua tenendam & habendam in perpetuum ſupradictis vicinis fieri voluit & conceſſit. Quod vt ratum ſit & ſtabile in perpetuum perſeueret, præſentes litteras indè fecimus conſcribi, & ſigilli mei impreſſione muniri. Actum anno gratiæ* MCC XXII.

Ego AGNES *filia* HERVEI *quondam Comitis Niuernenſis. Notum facio omnibus præſentibus & futuris, quòd ego volo, concedo, & ratum habeo quidquid dominus ac maritus meus* GVIDO DE CASTELLIONE *Comitis S. Pauli primogenitus conceſſit, & litteris ſuis patentibus confirmauit, Monaſterio Bonęuallis & hominibus de terra Aloyæ, & aliis vicinis adjacentibus de aqua quæ dicitur Liger, quam dominus ac pater meus ſupradictus tempore ſuo, recto, ſolito, & antiquo curſu diuerti fecerat, vt in ſtagnum ſuum de ſancto Germano de juxta Aloyam defluęret: ſcilicet vt dicta aqua à tempore præſenti in perpetuum, ſine aliqua diſtractione & deuiatione per ſuum rectum, ſolitum, & antiquum curſum defluat, ſcilicet à caſtello Aloyæ ad molendinum Baudouin, à Bau-*

Digitized by Google

doin ad molendinum Inſulæ, de Inſula ad Varonneau, de Varonneau ad Crotiau. Nullus autem ſucceſſorum noſtrum ſupradictam aquam à prædicto recto & antiquo curſu vllo modo auerti faciat, vt in ſtagnum ſupradictũ, vel aliquo alio loco decurrat. Vt autem conceſsio & reſtitutio ſupradictæ aquæ facta Monaſterio Bonæuallis & hominibus terræ de Aloya, & aliis adjacentibus, qui ex deuiatione dictæ aquæ damna plurima ſuſtinuerant, rata in perpetuum habeatur & inconcuſſa, Cartam præſentem ſigillo meo feci roborari. Actum anno gratiæ MCCXXII.

Extrait d'vn Regiſtre des fiefs de l'Eueſché de Chartes.

Ego GVIDO DE CASTELLIONE *Comitis S. Pauli primogenitus, & ego* AGNES *vxor eius filia* HERVEI *quondam Comitis Niuernenſis. Notum facimus quòd nos tenemus in feodo de cariſsimo domino & Patre noſtro Epiſcopo Carnotenſi magnum caſtellum de Montemirabili, & paruum caſtellum, & omnem fortericiam eiuſdem loci, cum alia terra & alio feodo quod ab ipſo tenemus, &c. Actum anno Domini* MCC XXV. *menſe Iulio.* 1225.

Voyez les preuues de l'Hiſtoire de la Maiſon de Chaſtillon, pag. 44. & ſuiuants.

ADDITIONS AV LIVRE X.

A la page 85.

Extrait de l'Hiſtoire Ms. des Eueſques d'Auxerre, en la vie de Humbaldus LIII. Eueſque.

QVIDAM *interea Eccleſiæ Caſati in Eccleſiam inſurgentes, Epiſcopalia bona vſurpantes vt ſibi propria retinere voluerunt. Etenim* GAVFRIDVM DVNZIACENSEM *Varciaci caſtrum occupantem, terras vltra modum depopulantem, Eccleſiaſtica cenſura coercuit, ſibique & ſucceſſoribus ſuis poſsidendum obtinuit. Conadam quoque ab* HVGONIS *tyrannica peruaſione liberauit, qui Epiſcopales eiuſdem loci redditus peruerſa audacia vſurpauerat, & in poſterum ſibi retinere ſitiebat.*

A la page 88.

Extraits du Chartulaire de l'Egliſe d'Auxerre.

Ego ALANVS *Dei gratiâ Autiſsiodorenſis Epiſcopus, & ego* VVILLELMVS *Comes Niuernenſis. Notum eſſe volumus tam futuris quàm præſentibus, quòd S. Maria & beatus Stephanus & Epiſcopus Autiſsiodorenſis dignoſcuntur habere & habuiſſe in pace apud* CONADAM *hæc omnia quæ per capitula in præſenti Carta ſubſcripta ſunt. Quicquid in caſtro & in caſtellania Conadæ continetur, de caſamento vel de dominio Epiſcopi eſt. Foſſetum de firmitate Conadæ Epiſcopi eſt, & foriſfactum de foſ-*

Digitized by Google

feto si fuerit. Empiramentum fosseti Comitis est. De omnibus hominibus vbicumque steterint, qui mercaturam faciunt apud Conadam, iustitia Episcopi est. Forum & teloneum Episcopi est, & quicquid de foro exit, & iustitia de omnibus hominibus qui veniunt. Infractura castri, & rapina, & incendium Episcopi est. Quicumque clamorem fecerit, Episcopi est, &c. Hæc quæ supra scripta sunt dominus Alanus Autisiod. Episcopus, & ego GVILLELMVS *Niuernensis Comes tam meo quàm suo sigillo signauimus. Huius rei testes sunt Richardus Archidiaconus, Guillel. Cantor, S. Cellarius, Rodulphus de Touci, Herueus Præpositus, hi ex parte Episcopi. Ex parte Comitis Mag. Stephanus, Mag. Gaufridus, Gaufridus Capellanus.*

Ego HERVEVS GIEMENSIS *dominus. Notum fieri volo tam futuris quàm præsentibus, quòd inter me & dominum meum Autisiodor. Episcopum talis interuenit pactio, quòd homines Conadæ in exercitum ducere nõ debeat, nisi eadem die qua domum suam exierint in domum suam possint reuerti, &c.*

A la page 97.

Extraits du Chartulaire de l'Eglise d'Auxerre.

1209. HERVEVS *Comes Niuernensis omnibus præsentes literas inspecturis. Nouerint vniuersi quòd cùm controuersia verteretur inter venerabilem patrem & dominum meum* VVILLELMVM *Autisiodorensem Episcopum ex vna parte, & me ex altera; super domibus & munitionibus castrorum meorum, videlicet S. Saluatoris, Conadæ, Castrinoui, quas Episcopus dicebat sibi debere tradi ad suum beneplacitum, secundum quod in eius Carta continebatur. Tandem in hanc formam compositionis venimus, quòd nos recognouimus domos & munitiones S. Saluatoris & Castrinoui tradendas esse Episcopo, sicut in Carta eius exprimabatur, & ei tradi præcepimus. De domo verò, & munitione Conadæ, ad preces meas, & quorumdam amicorũ tam suorum quàm meorum sustinuit dominus Episcopus, & promisit quòd non peteret traditionem earum sibi fieri in vita mea, nec me super eis traheret in causam, salua Carta domini Episcopi, & saluo omni iure suo & successorum suorum post mortem meam: saluo etiam iure meo, & heredum meorum. Hoc autem factum est, saluis omnibus querelis suis & meis, & saluis literis ad dominum Remensem & coiudices suos de communi assensu partium impetratis, vsque ad reditum meum à peregrinatione Albigensi, &c. Tempus autem quod effluxerit à die compositionis vsque ad reditum meum à dicta peregrinatione neque sibi contra me, neque mihi contra ipsum proderit ad præscribendum. Datum anno Domini* MCCIX. *mense Iunio, x. Kal. Iulij.*

Littera HERVEI *Comitis Niuernensis, quibus super controuersia orta inter se & Episcopum Villelmum, de deportatione in die intronizationis, recognoscit se debere portare. Actum anno Domini* MCCIX. *mense Iunio, x. Kal. Iulij.*

Digitized by Google

Litteræ Guidonis Comitis Niuernenſis ad Guillelmum Epiſcopum Autiſsiod. quibus recognoſcit ſe debere portare, quia dominus de DONZIACO *ratione feodi tenetur.*

Litteræ MATILDIS *Comitiſſæ vxoris defuncti* HERVEI, *quibus recognoſcit ſe ratione feodi de* DONZIACO *teneri ad mittendos miniſtros ad portandum Regnaudum Autiſsiodorenſem Epiſcopum die intronizationis. Actum anno Domini* MCCXLV. *menſe Ianuario.*

A la page 103.

Extrait du Chartulaire de l'Egliſe d'Auxerre.

Ego GVIDO *Comes Niuernenſis & Forenſis, & M. Comitiſſa Niuernenſis & Forenſis vxor mea. Omnibus notum facimus quòd cùm bonæ memoriæ* HERVEVS *quondam Comes Niuernenſis in extrema voluntate ſua voluiſſet & præcepiſſet quandam Capellam apud Interamnem conſtrui, & redditum annuum competentem aſsignari Capellano, qui in ea diuinum officium in perpetuum celebraret. Nos votum eius aſſequi cupientes cum effectu, Capellam iſtam conſtruximus, & XV. libras annui redditus in dicta Capella aſsignauimus. Vnde volumus quòd ſi, quod abſit, heredes defuncti* GVIDONIS S. PAVLI, *aut ille ad quos terra de Interamnis deuenerit, contra dicti redditus aſsignationem forſitan ire vellent, nos aut heredes, aut ſucceſſores noſtri in eadem Capella XV. libras annui redditus competentes loco redditus ſupradicti pro remedio animarum noſtrarum & anteceſſorum noſtrorum de proprio redditu noſtro Comitatus Niuernenſis prope Interamnem bona fide aſsignabimus. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras fecimus ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Actum anno Domini* MCCXXVI. *menſe Octobri.* 1226.

ADDITION AV LIVRE I.

A la page 26.

Extrait de l'Hiſtoire Ms. des Eueſques d'Auxerre, en la vie de GERRANVS XLII. Eueſque.

ERat ea tempeſtate vir quidam potens REGENARDVS *nomine, ciuitatis Autiſsiodorenſis Vicecomes: ſundorum ædificiorumque poſſeſſionibus locupletiſsimus, auri argentiue theſauris ditiſsimus, ac rerum omnium abundantiâ copioſiſsimus, parentum nobilitate clarus, militum cuneis ſtipatus, & in Aula* RICARDI *magni & florentiſsimi Principis nulli ſecundus, excepto* MANASSE *eius germano. Qui cùm talis eſſet, pecuniæ maximè cupidus optabat Epiſcopum eligere, quem ſuæ ditioni ſubderet, ſuæque voluntati acquieſceret; & dum beneficia inuadere tentaret, tyrannica eius minitante potentiâ obmuteſceret. His rationibus inductus, Ducem* RICHARDVM *adiit, oblatiſque muneribus, vt ſibi illius electio Eccleſiæ da-*

retur experiũt. Hic compos voti effectus, Canonicorum venerabilem chorum adſciuit, & multitudine militũ ſtipatus, ſciſcitatus eſt ab eis quem ſibi Epiſcopum eligendum ordinandumque proponerent. Nullũ aliud ab eis reſponſum excepit, niſi quem Deus eligeret, & non alium in votis habere. His reſpondit, Eſt quidam Francigena mihi familiariſſimus, Deo & hominibus acceptus, GERRANVS *nomine, morum honeſtate præclarus, fide inſignis, ſuis ciuibus gratus, vobis maximè neceſſarius, & Eccleſiæ vtiliſſimus, ſi veſtra electione Paſtor extiterit. At illi animaduertentes roboris eius potentiã, & euitare nitentes quas inferre poterat iniurias, pollicentur ſe eius parere conſilio. Hic protinus negocium accelerando, præfati Principis nactus præſentiam, ſupplex ab eo litteras impetrauit, quibus fauore ſuo* GERRANVM *ad id muneris & officij ſubeundum Canonici impellerent: ac tandem propinquorum amicorumque iuuamine fultus, & Cleri populique electione, Archipræſulis domni* GAVTERII *ſubnixus auctoritate, ſereniſſimum atque piiſſimum Regem* CAROLVM *adiit, atque diuino & humano ſuffragante adminiculo, vt vir ille ſtrenuiſſimus Pontifex eligeretur & ordinaretur promeruit.*

En la vie de Betto XLIII. Eueſque.

CVM *ea tempeſtate* RAGENARDVS *Vicecomes Gaiacum & Iuſſiacum villas non longe ab vrbe ſitas ab Eccleſia diſtraxiſſet, Betto oblata maxima pecuniæ quantitate Eccleſiæ reſtituit.*

FAVTES SVRVENVES EN l'impreſſion.

Pag. 80. *decoroſè*, liſez *dedecoroſè*. pag. 114. & ſuiu. iuſques à 134. PREVVES DV LIVRE III. *liſez* DV LIVRE II. pag. 155. lig. 3. MCCXVI. *liſez* MCCXLVI. *& rapportez le Titre à l'ordre de l'annee.* pag. 176. l. 3. Lige, *liſez* Liege. *Au liure X.* pag. 82. & ſuiu. PREVVES DV LIVRE II. *liſez* DV LIVRE X. pag. 83. l. 21. 22 *enfans de* GEOFROY I. *& neueu*, liſez, *enfans de* HENRY, *& petits neueus.*

ORDRE DES SIGNATVRES.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K L M. N O. P. Q. R. .. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. Kk. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Sſ. Tt. Vu. Xx. Yy. Zz. AAa. BBb. CCc. DDd. EEe K. L. M. N. O.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google